6
39 C
7

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

17. c

6. E. 16.

6
E
15

EXPOSITIO IN CANTICVM B. SEMPER VIRGINIS MARIÆ

(NEMPE) SVPER MAGNIFICAT.

Lucæ Cap. Primo.

Collecta à R. Adm. P. Mag. THOMA TALAMELLENSI *Aeremita Auguſtiniano præcipuè ex D. P.* AVGVSTINI *Auguſtinianorumq́; Doctrina; omnibus* CHRISTI *fidelibus præſertim ſacris Concionatoribus perutilis.*

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO,
D. PETRO PAVONIO ARIMINENSI,
Magiſtroq́; Cameræ Sanctiſsimi D. N. PAVLI
Papæ Quinti dicata, &c.



ARIMINI, Typis Ioannis Symbenij, MDCXX.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. D. DOMINO, PETRO PAVONIO ARIMINENSI,

Magiſtro Cameræ Sanctiſsimi Domini, D. PAVLI PAPAE V.

Frater Thomas Talamellenſis Auguſtinianus, Sacræ Theologiæ Magiſter S. P. D.

EA quidem eſt rerum natura, vt etiam ratione carentia ſuos pro viribus recognoſcant benefactores, ament, necnon obſequentur, vti exempli gratia, præcipuè patet de cane pre-

Exemp. naturale. prium Dominum ſummopere amante, ſe-
quente, protegenteuè iuxta temporis, lo-
ciq; opportunitate; quantò magis itaque
idem efficere debent rationalia; vndè cum
Dominationis tuæ Illuſtriſsimæ multum de-
beam, ob multa accepta beneficia præcipuè
magiſterij gradum aliàs mihi curatum ex
conſueta ſingulari tua benignitate. Hinc
conſequenter ſupereſt, ac meum eſt tuam
Applicatio. Dominationem Illuſtriſsimam recognoſce-
re ex corde amare, atque ſemper pro poſſe
honorare, ne turpiſsimo ingratitudinis vi-
tio laborare videar. Quamobrem iure op-
timo has præſentes duodecim Lectiones ſu-
per Canticum Beatæ Mariæ Virginis nun-
cupatum à me collectas ex Diui Patris Au-
guſtini, Auguſtinianorumque Doctrina,
tuæ Dominationis Illuſtriſsimæ dicandas,
decreui, vt aliqua ex parte meo ſatisfaciam
muneri, atque ſuper firmitatem tuæ ſtabi-
lis Petræ firmæ ſint, necnon illeſæ, cum ſis Pe-
trus; ità à pari tua Dominatione, vti
Petrus aliquando Petro (vtinam ſucce-
das) & vti Pauo ſumma dignitatis coro-

na, atq;

na, atque honore coronatus exiſtas vocemque tuam venenata cuncta aduerſantia vereantur, ac conquieſcant: eo magis cum honeſtiſsima familia, tua D. Illuſ. ſub trium ſtellarum præſidio ſit, ſiuè protectione, forſan increatam illam ſummam Trinitatem figurantium, numero enim impari gaudet Deus. Stellæ autem ad mentem D. P. Auguſtini verſ. qui numerat multitudinem ſtellarum, &c. Sunt quædam lumina in Eccleſia noctem noſtram conſolantia, &c. A Stellis ergo conſolatio, ſaltem ſignificatiuè; & ſub præſidio bouis labores maximos primo ſignificantis, ac etiam homines Diuini Verbi ſatores, atque Angelos, de quibus idem D. P. Auguſtinus verſ Oues, & Boues, ſic dicit, nam de Bobus facilis expeditio eſt huius ſententiæ; quoniam ipſi homines non ob aliud Boues dicti ſunt, niſi, quod Euangelizando Dei Verbum Angelos imitarentur, vbi dictum eſt, Boui trituranti os non obturabis. Quantò igitur facilius ipſos Angelos veritatis nuncios Boues accipimus, qui quando Euangeliſtæ participatione nominis eorum,

Pauonis proprietas vocis.

Primo cæli tex. 1. Pſal. 146.

Pſal. 8.

Deut capit. 15.

Boues vocati ſunt; & tandem ſub præſidio
Agri Aurei primò ſignificantis naturales
diuitias, præter quam ſignificationem, ſignifi-
Pſal. 96. *cat fidem ſecūdum Diuum P. Auguſtinum*
verſ. Ignis ante ipſum procedet; nec non etiã
Pſal. 71. *ſapientiam demonſtrat, ſecundum eundem*
D. P. Auguſtinum verſ. Dabitur ei de au-
ro Arabiæ, &c. Concludendum eſt itaq; te eſ-
ſe, & meritò quidem ſub tutela Diuinæ Tri-
nitatis, Angelorum Cælorum Hominum,
fidei, ſapientiæ, diuitiarumque. Quid plura?
ſuſcipe igitur Illuſtriſsime mi Domine hoc
quale ſit ſignum deuotionis meæ erga tè, meq;
in tuis habeas ſuppliciter exoro. Vale. Dat.
Eugubij Kalend. Aprilis 1620.

TABVLA

TABVLA,
ſiue Cathalogus Doctorum Auguſtinianorum.

DIVVS P. Auguſtinus, & P. Sanctæ Matris Eccleſiæ Doctor Præcipuus, ac Hypponenſis Epiſcopus.

D. Fulgentius eiuſdem D. P. Auguſtini Diſcipulis, ac Ruſpenſis Epiſcopus.

B. Aegidius Columna Rom. S. R. Eccleſ. Card. ac Bituricenſis Archiepiſcopus.

B. Thomas de Villa noua Archiepiſcopus Valent.

B. Alphonſus Archiepiſcopus Toletanus.

B. Thomas Argentinas, olim Prior Generalis Ord. Noſtri.

B. Auguſtinus Anconitanus Doctor celebris

B. Iordanus de Saxonia Doctor præcipuus.

B. Simon de Caſsia Doctor pius.

B. Alber-

B. Albertus Patauinus Doctor Pariſinus.
Dominus Hieronymus Seripandus S. R. E. Card. Archiepiſcopus Salernitanus, ac Sac. Conc Triden. de Latere Legatus.
Dominus Bartholomæus Vrrinas Archiepiſcopus Doctor Magnus.
Dominus Iacobus Valent Christopolitanus Epiſcopus Doctor non minus pius, quam egregius.
Dominus Hyppolitus Fabranus Rauennas Epiſc. Ciuit. Caſtellanæ, & Horti.
Reuerendiſs. P. Mag. Gregorius Ariminenſis olim Ord. noſtri Prior Generalis, ac Doctor ſubtiliſſimus.
Reuerendiſsimus P. Mag. Thadæus Peruſinus olim Ord noſtri Prior Generalis.
Reu. adm. P. Mag. Paulus Venetus Senior Doctor egregius.
Reu. adm. P. Mag. Gerardus Senenſis.
Reu. adm. P. Mag. Alphonſus de vera Cruce, olim Lector primarius in vniuerſitate Mexicana.
Reu. adm. P. Mag. Gregorius Nunnius Coronel, Luſitanus Doctor famoſus.

Reu.

Reu. adm. P. M. Petrus Aragon. Doctor præclarus.

Reu. adm. P. M. Nicolaus Barianus Plac.

Reu. adm. P. M Auguſt Viuus Neapolit.

Reu. adm. P. M Euang. Boſius Patauinus.

Reu. adm. P. M. Michael Durazzinus Emporienſis.

Reu. adm. P. M. Marianus Mancinus Piſaurienſis.

Reu. adm. P. M. Antonius Myricius Derthonenſis.

Reu. adm. P. M. Chriſtophorus Fonſecha Hiſpanus.

Reu. adm P M. Alonſus Oroſius Hiſpanus.

Reu. adm. P. M. Ambroſius Calepinus olim Calepij Comes.

Reu. adm. P. M. Ioannes Baptiſta Anigus Florentinus.

Reu. adm. P. M Thomas Bruinus Bonon.

Reu. adm. P. M. Marcus Lanzonius Bononienſis olim Lector publicus.

Reu. adm P. M. Paulus Fraſsinellus Bononienſis nunc Lector publicus.

Reu. adm. P. M. Stephanus Maginus Co-

rinaldenſis

EXPOSITIO IN CANTICVM B. SEMPER VIRGINIS MARIÆ

(NEMPE) SVPER MAGNIFICAT.

Lucæ Cap. Primo.

Collecta à R. Adm. P. Mag. THOMA TALAMELLENSI *Aeremita Auguſtiniano præcipuè ex D. P.* AVGVSTINI *Auguſtinianorumq́; Doctrina; omnibus* CHRISTI *fidelibus præſertim ſacris Concionatoribus perutilis.*

ILLVSTRISS. AC REVERENDISS. DOMINO,
D. PETRO PAVONIO ARIMINENSI,
Magiſtroq́; Cameræ Sanctiſsimi D. N. PAVLI Papæ Quinti dicata, &c.

BIBL. SEC. COLL. ROM. SOC. IES.



ARIMINI, Typis Ioannis Symbenij, MDCXX.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISS. D. DOMINO, PETRO PAVONIO ARIMINENSI,

Magiſtro Cameræ Sanctiſsimi Domini, D. PAVLI PAPAE V.

Frater Thomas Talamellenſis Auguſtinianus, Sacræ Theologiæ Magiſter S. P. D.

EA quidem eſt rerum natura, vt etiam ratione carentia ſuos pro viribus recognoſcant benefactores, ament, necnon obſequentur, vti exempli gratia, præcipuè patet de cane pro-

 prium

Exemp. naturale. prium Dominum ſummopere amante, ſequente, protegenteuè iuxta temporis, locíq; opportunitate; quantò magis itaque idem efficere debent rationalia, vndè cum Dominationis tuæ Illuſtriſſimæ multum debeam, ob multa accepta beneficia præcipuè magiſterij gradum aliàs mihi curatum ex conſueta ſingulari tua benignitate. Hinc conſequenter ſupereſt, ac meum eſt tuam

Applicatio. Dominationem Illuſtriſsimam recognoſcere ex corde amare, atque ſemper pro poſſe honorare, ne turpiſsimo ingratitudinis vitio laborare videar. Quamobrem iure optimo has præſentes duodecim Lectiones ſuper Canticum Beatæ Mariæ Virginis nuncupatum à me collectas ex Diui Patris Auguſtini, Auguſtinianorumque Doctrina, tuæ Dominationis Illuſtriſsimæ dicandas, decreui, vt aliqua ex parte meo ſatisfaciam muneri, atque ſuper firmitatem tuæ ſtabilis Petræ firmæ ſint, necnon illeſæ, cum ſis Petrus; ità à pari tua Dominatione, vti Petrus aliquando Petro (vtinam ſuccedas) & vti Pauo ſumma dignitatis corona, atq;

na, atque honore coronatus exiſtas vocemque tuam venenata cuncta aduerſantia vereantur, ac conquieſcant: eo magis cum honeſtiſsima familia, tua D. Illuſ. ſub trium ſtellarum præſidio ſit, ſiuè protectione, forſan increatam illam ſummam Trinitatem figurantium, numero enim impari gaudet Deus. Stellæ autem ad mentem D. P. Auguſtini verſ. qui numerat multitudinem ſtellarum, &c. Sunt quædam lumina in Eccleſia noctem noſtram conſolantia, &c. A Stellis ergo conſolatio, ſaltem ſignificatiuè; & ſub præſidio bouis labores maximos primo ſignificantis; ac etiam homines Diuini Verbi ſatores, atque Angelos, de quibus idem D. P. Auguſtinus verſ. Oues, & Boues, ſic dicit, nam de Bobus facilis expeditio eſt huius ſententiæ; quoniam ipſi homines non ob aliud Boues dicti ſunt, niſi, quod Euangelizando Dei Verbum Angelos imitarentur, vbi dictum eſt, Boui trituranti os non obturabis. Quantò igitur facilius ipſos Angelos veritatis nuncios Boues accipimus, qui quando Euangeliſtæ participatione nominis eorum,

Pauonis proprietas vocis.

Primo cęli tex. 2.

Pſal. 146.

Pſal. 8.

Deut. capit. 25.

Boues vocati ſunt; & tandem ſub præſidio Agri Aures primò ſignificantis naturales diuitias, præter quam ſignificationem, ſignificat fidem ſecũdum Diuum P. Auguſtinum
Pſal. 96. *verſ. Ignis ante ipſum procedet; nec non etiã*
Pſal. 71. *ſapientiam demonſtrat, ſecundum eundem D. P. Auguſtinum verſ. Dabitur ei de auro Arabiæ, &c. Concludendum eſt itaq; te eſſe, & meritò quidem ſub tutela Diuinæ Trinitatis, Angelorum Cælorum Hominum, fidei, ſapientiæ, diuitiarumque. Quid plura? ſuſcipe igitur Illuſtriſsimæ mi Domine hoc quale ſit ſignum deuotionis meæ erga tè, meq; in tuis habeas ſuppliciter exoro. Vale. Dat. Eugubij Kalend. Aprilis 1620.*

TABVLA

TABVLA,

ſiue Cathalogus Doctorum Auguſtinianorum.

DIVVS P. Auguſtinus, & P. Sancta Matris Eccleſia Doctor Pracipuus, ac Hypponenſis Epiſcopus.

D. Fulgentius eiuſdem D. P. Auguſtini Diſcipulis, ac Ruſpenſis Epiſcopus.

B. Aegidius Columna Rom. S. R. Eccleſ. Card. ac Biturienſis Archiepiſcopus.

B. Thomas de Villa noua Archiepiſcopus Valent.

B Alphonſus Archiepiſcopus Toletanus.

B. Thomas Argentinas, olim Prior Generalis Ord. Noſtri.

B. Auguſtinus Anconitanus Doctor celebris

B. Iordanus de Saxonia Doctor præcipuus.

B. Simon de Caſsia Doctor pius.

B. Alber-

B. Albertus Patauinus Doctor Pariſinus.
Dominus Hieronymus Seripandus S. R. E. Card. Archiepiſcopus Salernitanus, ac Sac. Conc Triden. de Latere Legatus.
Dominus Bartholomæus Vrrinas Archiepiſcopus Doctor Magnus.
Dominus Iacobus Valent Christopolitanus Epiſcopus Doctor non minus pius, quam egregius.
Dominus Hyppolitus Fabranus Rauennas Epiſc. Ciuit. Caſtellanæ, & Horti.
Reuerendiſs. P. Mag. Gregorius Ariminenſis olim Ord. noſtri Prior Generalis, ac Doctor ſubtiliſſimus.
Reuerendiſſimus P. Mag. Thadæus Peruſinus olim Ord noſtri Prior Generalis.
Reu. adm. P. Mag. Paulus Venetus Senior Doctor egregius.
Reu. adm. P. Mag. Gerardus Senenſis.
Reu. adm. P. Mag. Alphonſus de vera Cruce, olim Lector primarius in vniuerſitate Mexicana
Reu adm. P. Mag. Gregorius Nunnius Coronel, Luſitanus Doctor famoſus.

Reu.

Reu. adm. P. M. Petrus Aragon. Doctor præclarus.

Reu. adm. P. M. Nicolaus Barianus Plac.

Reu. adm. P. M. Auguſt Viuus Neapolit.

Reu. adm. P. M Euang. Boſius Patauinus.

Reu. adm. P. M. Michael Durazzinus Emporienſis.

Reu. adm. P. M. Marianus Mancinus Piſaurienſis.

Reu. adm. P. M. Antonius Myricius Derthonenſis.

Reu adm. P. M. Chriſtophorus Fonſecha Hiſpanus.

Reu. adm P M. Alonſus Oroſius Hiſpanus.

Reu. adm. P. M. Ambroſius Calepinus olim Calepij Comes.

Reu. adm. P. M. Ioannes Baptiſta Anigus Florentinus.

Reu adm. P. M Thomas Bruinus Bonon.

Reu. adm. P. M. Marcus Lanzonius Bononienſis olim Lector publicus.

Reu. adm P. M. Paulus Fraſsinellus Bononienſis nunc Lector publicus.

Reu. adm. P. M. Stephanus Maginus Co-

rinaldenſis

rinaldenſis nunc Lector publicus Macer.
Reu adm. P. M. Paulus Ciera Ven. Iunior.
Reu adm. P. M. Franciſcus à Chriſto Luſitanus Conibrienſis Lector pub. primarius
Reu. adm. P. M. Iacobus Santius Coritanus concionator egregius.
Reu adm. P. M. Laurentius Rauennas.
Reu ad. P. M. Andreas Gelſiminus Corton.
Reu. adm. P. M. Nicolaus Carmaleolenſis Papiæ olim Lector publicus.
Reu. adm. P. M. Adeodatus Solera Creten.
Reu. adm. P. M. Ludouicus de Beia Palleſtrellus Luſitanus olim Bon. Lector. pub.
Reu. ad. P. M. Adeodatus de Pinnabilorũ.
Reu. adm. P. M. Aurelius Linarienſis omni linguarum genere ornatus.
Reu. adm. P. M. Stephanus Sextinas.
Reu adm. P. M. Tadæus Locatellus Patria Thalamellenſis, & Religione Ariminenſis.
Reu adm. P. M. Ioannes Paulus Berlendus Bergomenſis.
Reu. adm. P. M. Ang. Carezzanus Derth.
Reu. adm. P. M. Thomas Thalamellenſis Collector huius operis.

TABVLA

TABVLA,

ſiue Cathalogus diuerſorum aliorum Doctorum.

SALVATOR, ſiue quatuor Sancti Euangeliſtæ.
B. V. Maria ejuſdem Saluatoris Mater digniſsima.
D. Propheta Dauid.
D. Iſaias Propheta.
D. Hieremias Propheta.
D. Ezechiel Propheta.
D. Micheas Propheta.
D. Abacuch Propheta.
D. Moyſes Legiſlator Antiquus.
D. Petrus Apoſt. Papa primus.
D. Paulus Apoſt.
D. Iacobus Apoſt.
D. Gregorius Papa.
D. Athanaſius Epiſcopus.
D. Leo Papa.
D. Hieronymus Card. S. R. Eccl.
D. Ambroſius Archiepiſcopus Mediolanenſis.
D. Ioannes Chriſoſtomus Archiepiſcopus Cõſtantinopolitanus.
D. Thomas Aquinas Doctor Angelicus.
D. Petrus Chriſologus.
Cathechiſmus Romanus.
Sacri Canones.
Bernardinus Buſtus.
Salomon Rex Iudeorum.
Diuinus Plato.
Ariſtoteles Peripateticorum Princeps.
Leges Imperiales.
Dominus Caſsiadorus Senator Romanus.

Mag Fr NICOLAVS à S Angelo,
Ord Hærem S. AVGVSTINI
Prior Generalis licet indignus.

TENORE præſentium, vt opera in Canticum Beatæ Mariæ Virginis ſuper Magnificat, per Venerabilem Patrem Fr. Thomam Talamellenſem Sacræ Theologiæ Magiſtrũ, eiuſdem Ordinis concinnata à Doctis Viris, viſa, & approbata typis excudantur facultatem, concedimus. Datum Romæ die 14. Decembris 1619.

Noſtri Officij affixo Sigillo.

Fr. Nicolaus à S. Angelo Gen.

Regiſtrata libro Tertio.

AD LECTOREM.

INTER tot, tantaq́; ſalutaria moni-
menta à ſacris ſanctiſſ. ſcriptoribus
nobis tradita ad rem noſtram, illud
extat præcipuum: delectare in Domi-
no & ipſe dabit tibi petitiones cordis
tui. Vbi D. Pater Auguſtinus dicit, Pſal. 36.
tamquam quæſieris & dixeris oſtende mihi diuitias
terræ illius in qua me habitare iubes, delectare (inquit)
in Domino &c. Signanter, accipe petionem Cordis tui,
diſcerne petitionem cordis tui, à petitionibus Carnis, Pſal. 15.
diſcerne quantum potes. Nec fruſtra dictum eſt, Deus
Cordis mei, & pars mea Deus in æternum &c. Et Iaco- Pſal. 36.
bus noſter Valentinus ibidem dicit, ſpera in Domino,
& fac bonitatem cum proximo, non offendendo, & inha-
bita terram inter malos, eoſdem patiendo & tolerando
& inhabitabis terram viuentium in patria, & paſceris
ac ſatiaberis in diuitijs gloriæ in præmium patientiæ &
& dabit tibi petitiones & deſiderium Cordis tuis. Supe-
riori verſ. dicit paſceris &c. Sacra verò Scriptura præ-
ter iam dicta, paſcit, ſiue nutrit nos verbis, ædificat nos
in exemplis & purificat nos in memorijs, preut docet Io-
annes de S. Geminiano ex Saluatore Matthei cap. 4. Lib. [illegible] 3.
Non in ſolo pane viuit homo: ſed in omni verbo quod pro Simæ de
cedit de ore Dei. Moyſes in monte 40. diebus cum iſto exemplis
ſolo cibo permanſit ſine alio aliquo Cibo Corporali. Se- cap. 25.
cundo ædificat nos in exemplis Sanctorum Patrum,
quorum exemplis Sanctarum virtutum ſpiritualiter

LECTIO PRIMA VERS. PRIMO MAGNIFICAT.

In qua Auctor agit de Cauſa, de quantitate, & de modo magnificandi Deum.

VVLGO dicitur habens proſperum, ſiue fælix, ac delectabile nouum, vel bonam nunciationem maxima affectus lætitia, cantat, vel cantare ſolet, vt expreſſe patet de auibus lætis lætè cantantibus, primo accedente vere, in ſiluis, etiam exiſtentibus, & de hominibus diuitias acquirentibus, de ſeruis libertatem conſequentibus, & tandem de ęgrotantibus peroptatam ſanitatem recuperantibus, &c. Similia multa. Vel dicendum eſt, etiam ad mentem D.P. Auguſtini de tempore dicentis, Ser. 256. quid enim habet Canticum nouum, niſi amorem nouum? cantare amantis eſt. Vox huius Cantoris feruor eſt Sancti Amoris, &c. Hinc ad rem Sanctus Propheta cantans dicebat, cantabo Domino in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu ſum, maxima Pſal. 103. affectus lætitia, ac perfecto tactus amore, &c. Quem locum D. P. Aug. eodem loco egregiè exponens ſic dicit, quid cantabit totum quicquid eſt, cantabit. Cantemus Domino in vita noſtra. Vita noſtra modo ſpes eſt, vita noſtra poſtea ęternitas erit, vita mortalis ſpes eſt vitæ immor-

immortalis. Pſallam Deo meo, &c. Quoniam in illo ſi-ne fine ſum, &c. Vita itaq; mortalis (vt mortalis) omnia prædicta ſimilia profectò includere videtur; ſicq; canendi rationem habet magnam, & à minori ad maius, Pſal. 103. &c. Quam ob rem S. Propheta ſuper ea volucres cæli habitabunt de medio petrarum dabunt voces. Ob id idem Pſal. 149. S. Propheta nos monuit dicens, Cantate Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia Sanctorum, habens ergo fælice nouum propter iam dictas cauſas, & rationes canere ſolet, &c. Quocirca idem S. Proph. idem fælice nouum, &c. Siue fælicisſimam nunciationem de futura diuina incarnatione, cæteriſque diuinis miſterijs inter cæteros non ſolum ipſemet maxime lætus canebat, ſed etiam omnes fideles præſentes, & futuros ad ſuauiter canendum inuitabat dicens, Pſal. 97. cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit, & cantate Domino Pſal. 95. canticum nouum: cantate Domino omnis terra; &c. Et annunciate de die in diem ſalutare eius. Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quapropter meritò factum eſt, vt B. V. Maria (cui Angelus à Deo miſſus dixerat) Aue Maria gratia plena, &c. Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c. Hoc Lucæ capit. 1. optimo nouo ſibi facto, ſiue fælicisſima nunciatione habita, rationabiliter diceret, Magnificat anima mea Dominum; ne oblita videretur diuinæ Prophetiæ, ſiue Dauiticę inuitationis. Pręceperat enim, ac prędixerat idem Pſal. 104. S. Propheta dicens, Cantate ei; & pſallite ei: narrate omnia mirabilia eius. Eundem locum exponens D. P. Auguſtinus ſic dicit, cantate, &c. Verbo, & opere laudate, ore quippe cãtatur, Pſalterio autem, hoc eſt manibus, pſallitur, & ſic clare apparet differentia inter cantare, & pſallere. &c. narrate omnia mirabilia eius, &c. B. itaq; V. Maria minime recedens ab eode prophętico præcepto, iuſtis dè cauſis diuina intendens narrare mirabilia dicit, ſiue cantat, Magnificat anima mea Dominum, &c. Fælice igitur, ſiue proſperum habens nouum cantare ſolet, &c. Dominus Iacobus noſter Valentinus ad rem noſtrã euidenter, ac ſalubriter notat eodem loco, & verſ. ſuper

Differentia inter cãtare, & pſallere.

Magni-

Magnificat in prologo quatuor bona noua ab Angelo Deiparę Virgini Mariæ tradita, ſiue allata, fuiſſe propter quæ lætantur, nec non fœliciter eadem B. V. Maria meritò cantare debuit. Primum bonum nouum fuit vniuerſalis redemptio, & humana ſalus, cum dixit, Aue Maria. Secundum fuit plenitudo gratiæ, cum dixit gratia plena. Tertium fuit aduentus filij Dei in vterum eiuſdem, cum dixit. Ecce concipies, &c. Quartum fuit benedictio, & dignitas Mariæ ſuper omnes mulieres, cum ſubdit benedicta tù inter mulieres, &c. Quamobrem B. V. M. certè maximam habuit rationem, & cauſam magnificandi Deum optimum. Magnificat ergo, &c. In hac igitur prima lectione tria principalia conſideranda proponuntur. Quorum primum eſt cauſa quare quælibet creatura, & præcipue B. V. Maria Dominum Deum magnificare debuit, ſiue debet, ac tenetur. Secundum eſt, quantum magnificare debet Tertium eſt, quomodo magnificare debet. Quo autem ad primum dicendum eſt primo qui quælibet creatura, & præcipue B. V Maria Dominū Deum magnificare debuit, ſiue debet: quoniam Deus prius, & altius magnificauit hominem, quod quidem maxime admirans S. Iob dicebat, quid eſt homo: quia magnificas eum? & hoc quæſiuit admiratiuè, vel quia homo eſt animal admiratiuum, prout docet Alphonſus noſter de vera Cruce in ſuis ſpeculationibus phyſicalibus, vel quia homo in multis apparet magnificatus à Deo iuxta illud Sacræ Scripturæ vbi Dominus dixit ad Abraham egredere de terra tua, &c. Faciamus te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus, &c. Eandem admirationem de hominis magnificentia à Deo ſibi collata S. etiam Propheta Dauid, oſtendens ſe habere dixit, quid eſt homo qui memor es eius, aut filius hominis; quoniam viſitas eum? & alibi, Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei? aut filius hominis: quia reputas eum? cui quæſtioni quaſi implicite reſpondens idem S. Proph. dicit Domine Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuū, &c. Reddit rationem: quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper

[Margin notes: Quatuor bona noua. — Tria principalia poſita. — Prima ratio. — Iob cap. 7. — Speculatione prima Phyſ. — Gen. cap. 12. — Pſal. 8. — Pſal. 143. — Pſal. 8.]

ſuper cælos, &c. Vbi D. Pater Auguſtinus ſic dicit, Domine quis es Dominus noſter? quem te admirantur omnes, qui incolunt terram, & ad rem noſtram, quoniã tua magnificentia de terrena humilitate ſuper cælos eleuata eſt, quaſi dicere voluerit ad primariam quæſtionem hominem ad Dei filiũ aſſumptum in vnionem *Hypoſtaticam*, ideſt perſonalem eſſe ſuam magnificentiam ſuper Cælos eleuatam, &c. In Dei Aſcenſionis, & idem D. Pater Auguſtinus exponens, ſiue ſoluens viam motam quæſtionem ab eò S. Propheta, quid eſt homo: quia innotuiſti ei, &c, Dicit æſtimas eum tanti facis eum, tanti pendis, ordinas, noſti ſub quo ponas, ſupra quid ponas. Eſtimatio enim eſt quanti prætij ſit quidq; Quanti æſtimauit hominem, qui pro eo vnici ſanguinem fudit. Quid eſt, &c. Quoniam tanti eum pendis, & quanti pendis, tanti eum æſtimas, prætioſum quiddam eſſe oſtendis, &c. Valor itaq; redemptoris Chriſti oſtendit valorem magnificentiæ hominis redempti. Homo igitur à Deo maximè magnificatus iure optimo ſe magnificantem Deum; magnificare debet. Manus enim manum lauat (vulgo dicitur) & nemo vrbanitate, & munificentia (vt plurimum) ſe vinci permittit: Sic, & V. Maria, &c. Hinc ipſa tamquam maxime magnificata ab eodem domino Deo eundem pro viribus ſuis magnificans dicit, Magnificat, &c. Nobis etiam optimum relinquens exemplum ad idem ſemper peragendum:

Pſal. 143.

Nota.

Secunda ratio. Secundo loco. Quælibet Creatura Deum magnificare debet ratione diuinæ imitationis. Nam D. Apoſtolus idem docet dicens, fratres imitatores Dei eſtote, ſicut filij chariſsimi, & ambulate in dilectione, &c. Sed Dominus Deus magnificauit, & magnificat ſe, vt docet S. Proph. dicens. Quoniam magnificaſti ſuper omne nomen Sanctum tuum. Ergo quælibet Creatura, & præcipuè B. V. Maria imitari debuit, & debet ipſum Deum optimum ſe, ipſum magnificantem, &c. Qualiter autem Dominus Deus ſe ipſum magnificauerit, D. S. Auguſtinus docet eodem loco Pſal. Quoniam magnificaſti ſuper omne, & magnificauit nomen Sanctum ſuum ſuper Abra-

Ad Eph. cap. 5.

Pſal. 137.

D. Iacobus Ap. cap. 2.

Abraham, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cæteræ omnes gentes Idolis immolabãt, & Demonibus ſeruiebant. Natus eſt ex Abraham Iſaach magnificatus eſt ſuper illam Domum Deus: inde Iacob magnificatus eſt Deus, qui dicit, ego ſum Deus Abraam, &c. Inde 12 filij Iſrael, inde populus Iſrael liberatus eſt ab Eagpyto, & ductus eſt per Mare rubeum excitatus in Aeremo, eiectis gentibus in terram promiſsionis collocatus eſt. Magnificatum eſt nomen Domini ſuper Iſrael: ſed inde, & Virgo Maria, inde Dominus Ieſus Chriſtus mortuus eſt propter peccata noſtra, reſurgens propter iuſtificationem noſtram, implens fideles Spiritu Sancto, mittens prædicare per gentes, agite pænitentiam appropinquabit regnum Cælorum. Ecce magnificauit ſuper omne nomen Sanctum ſuum. Dominus noſter Iacobus Valẽtinus dicit ſic, magnificaſti nomen Sanctum tuum ſuper omnes creaturas. Primo ſuper Angelos: quia in tua Natiuitate cantarunt, Gloria in excelſis Deo, &c. Super omnia Corpora Cęleſtia: quia dederunt ſignum in tua Natiuitate, & paſsione, ſiue morte: ſuper omnia elementa: quia mare, & venti obedierunt tibi, &c. Super Demones: quia eos coegiſti, & expuliſti de Corporibus obſeſsis, & ſic omnia ſubiecta ſunt ſub pedibus tuis, in tantum, quod omne genuflectatur ſecũdum D. Apoſtolũ in Nomine Ieſu omne genuflectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum. Et ſic verificatur, etiam illud S. Prophetæ dicentis, ſecundum nomen tuum Deus: ſic, & laus tua in fines terræ, quaſi dicat ſecundum magnitudinem diuini nominis: ita proportionabiliter laus eiuſdẽ eſſe debet. Ob id idem S. Proph. ad rem dicit omnes gentes quaſcunque feciſti venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabũt nomen tuum. Quod quidem Sanctum nomen cætera lõge ſuperat nomina dignitate, & virtute, vt optime docet Stephanus noſter Maginus Corinaldẽſis in libello ſuorum diuerſorum opuſculorũ manũ ſcripto de mẽte D. Apoſtoli dicentis, propter quod exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, & de mente S. Proph. dicentis, ante ſolem.

Matthæi cap. 3.

Ad Philip. cap. 2.
Pſal. 47.

Pſal. 85.

Cap. 4. de diuinis laudibus.
Ad Philip. cap. 2.
Pſal. 71.

lem, permanet nomen eius. Sicut enim ſol cæteros excedit Planetas lumine, & virtute; ita, & multo magis idem diuinum nomen cætera ſuperat nominat. Quo circa ad rem optime dixit Diuinus ille Plato dicens eſt enim nomen inſtrumentum quoddam, quo rem nominatam ab alijs diſcernimus, atq; diuidimus, &c. Sic & ſuo modo diuinum nomen aptè diſtinguit Deum optimum à quocunque alio ente ſua maxime dignitate, ac virtute (vt dictum eſt. Magnificaſti ergo ſuper omne nomen Sanctũ tuum, &c. Ita, & nos ipſum pro viribus imitari debemus. Idcirco B. V. Maria dixit Magnificat, &c. Qua propter meritò omnes Creaturæ vocãtur, & inuitãtur ad Deum magnificandum à S. Proph. dicente, Magnificate Dominum mecum; ratione itaq; inuitationis, ſiue vocationis omnes creaturæ magnificare eundem Deum debent, & tenentur: ſed D. P. Auguſtinus eodem loco pſal. diligenter quærit, quis ſit iſte vocatur, ſiue inuitatur ad Deum magnificandum, & egregie dicit, & docet, eundem vocatorem, ſeu vocantem eſſe verum Dei amatorem dicentem, nolo ſolus magnificare, nolo ſolus amare nolo ſolus amplecti. Non enim ſi ego ſolus amplexus fuero non adhebit alius vbi manus ponat, tanta eſt latitudo in ipſa Sapientia; vt omnes animæ amplectantur, & perfruantur, & quid dicam fratres de illis qui ſic amãt Deũ, vt inuideant alijs; Aurigã perditi hominis amant, & quiſquis amauerit Aurigã, aut venatorem vult, vt totus populus cum illo amet, & hortatur, & dicit amate mecum illum, &c. Ita Dei amator vocat nos dicens magnificate Dominum mecum, &c. Sicut etiam B. V. Maria magnificãs Deum vocat, ac inuitat omnes fideles ad magnificãdum Deum ſecum, &c. Iacobus verò Valentinus noſter eodem loco pſal. magnificate Dominum mecum dicit, ò vos humiles, & manſueti magnificate Dominum mecum, &c. B itaq; Virgo Maria inter omnes humiles humillima iuxta illud ſuæ Doctrinæ eiuſdem cantici: quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ, &c. Vt Dei ſumma amatrix, & humilis omnes ſuo exemplo, ore, & voce inuitat dicens, magnificat anima mea Dominum, &c. Præterea

Lib. 23. de recta nominis ratione.

Tertia ratio.

Pſal. 33.

Simile Auguſtinianum.

Luc. 1.

cerea quælibet Creatura, & præcipuè B. V. Maria Deum magnificare debet, ac tenetur ratione maximæ dignitatis ſibi collatæ ab eodem ſummo Creatore, de qua dignitate eiſdem creaturis collata à S. Prophæta dicitur, quam magnificata ſunt opera tua Domine, omnia in Sapientia feciſti, impleta eſt terra poſseſsione tua, & alibi, confeſſio, & magnificentia opus eius, & alibi confitebor tibi; quia terribiliter magnificatus eſt, mirabilia opera tua, &c. Vulgo enim dicere ſolemus, opus laudare magiſtrũ, ita ad rem noſtram, opera Dei magnificata Deum ſe magnificantem magnificare debent, iuxta illud Adagium, par pari referto. Vnde D. P. Auguſtinus eodem verſ. Pſal. quam magnificata ſunt opera tua. Dicit, meritò magna, meritò excelſa. Vbi facta ſunt opera tua magna? quæ eſt illa ſtatio Dei? Vbi ſtetit, vel quæ illa ſeſsio vbi ſedit, & iſta operatus eſt, quis locus vbi iſta operatus eſt? Vnde proceſſerunt primò iſta tam pulchra. Si ad litteram accipias, omnis ordinata Creatura ordinatè currens, ordinatè pulchra, ordinatè peragens omnia tempora, vnde proceſsit? ipſa autem Eccleſia quomodo accipit incrementa, ſucceſſus, perfectionem quomodo deſtinatur ad finem quendam mortalitatis? quibus præconijs prædicatur? quibus Myſterijs commendatur? qua prædicatione reuelatur? vbi fecit hæc Deus? video magna opera tua Domine quam magnificata sũt opera tua Domine. Quæro locum, vbi fuerit, & non inuenio: ſed video quid ſequatur, omnia in ſapientia feciſti Domine, &c. Quam magnificata ſunt, &c. Iacobus noſter Valentinus eodem verſ. Pſal. dicit, O quam magnificata ſunt, &c. ideſt quã magnificatus es in operibus tuis, &c. Quia omnia opera tua in ſapientia feciſti magna, & prouidentia: quia ſic ordinaſti propter aliquem bonũ finem, &c. De quo fine forſan intelligendum ſit illud Sancti Proph. dicentis, tunc dicent inter gentes magnificauit Dominus facere cum eis magnificauit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes, ſed quomodo idem factum ſit, Spiritus Sanctus edocuit per S. Proph. cum dixit, quoniam magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua,

Margin notes: Quarta ratio. — Pſal. 103. — Pſal. 10. — Pſal. 138. — Prou. — Prou. — Pulchra Auguſtini Doctrina. — Pſal. 125. — Pſal. 56.

& vſque ad nubes veritas tua. Vbi D. P. Auguſtinus ſe
dicit, per cælos Angelos intelligendos eſſe, & per nubes
prædicatores diuini Verbi. Veritas præpollet in Ange-
lis: ſed dediſti illam, & hominibus, & deduxiſti illam
vſque ad nubes: ſurſum miſericordia videntur Angeli nõ
indigere: ſed quia hominibus miſeris tu misereris, & præ
bendo illis miſericordiam cum vnione reſurrectionis, An
gelos facis, vſque ad Cælos miſericordia tua. Gloria Do-
mino Deo noſtro, & miſericordiæ, & veritati ipſius; quia
nec nos deſeruit miſericordia facere Beatos per gratiam
ſuam nec fraudauit nos veritate: quia primo veritas car-
ne cooperta venit ad nos, & ſanauit nos per Carnem ſuã
oculum interioris Cordis noſtri; vt eam poſtea facie ad
faciem videre poſsimus. Agentes ergo illi immortales
gratias, dicamus cum S. Propheta vltimum verſ. Exalta-
Pſal. 56. re ſuper Cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua.
Amen. Quam ergo magnificata ſunt opera tua Domine,
& ratione dignitatis tuæ, & earundem Creaturarum. B.
ergo V. Maria vtramque dignitatem perſpiciens ratio-
nabiliter dicit, Magnificat anima mea Dominum, &c.

Secundũ propoſitum. Quo vero ad ſecundum propoſitum in prima lectione
conſiderandum, fuit quantum Deum magnificare debe-
mus, quantitas autem iſta pro dicendorum maiori intel-
ligentia, dupliciter conſiderari, vel accipi poteſt. primo
modo intenſiue. Secundo modo extenſiue, quo ad tem-
poris durationem. Quo vero ad primum modum nempe
intenſiue, ideſt toto Conatu, totiſq; viribus Deum opt.
magnificare debemus, ſicut Sanctus Proph. docet dicens
Pſal. 9. Confitebor tibi in toto corde meo: narrabo omnia mira-
Pſal. 118. bilia tua, & alibi in toto corde meo exquiſiui te: ne re-
pellas me á mandatis tuis, & eodẽ pſal. clamaui in toto
corde meo: exaudi me Domine, iuſtificationes tuas re-
quiram. totus itaq; cordis noſtri conatus néceſſario exi-
gitur ad Deum opt. intenſiue magnificandum, ſicq; Bea
ta Virgo Maria procul dubio magnificabat dicens. Ma-
gnificat, &c. Secundo modo extenſiuè quo ad temporis
Pſal. 66. durationem, certam ab eodem Sancto Proph. habentes
regulam dicente, lætentur, & exultent gentes, & dicant

ſemper

ſemper magnificetur Dominus,& alibi idem docet idem S. Proph. &c. Vbi D. Auguſtinus ſic dicit, & cuius lingua durat meditari toto die laudem Dei,ſuggere te medium,vnde tota die laudes Deum, ſi vis quicquid egeris bene age,& laudaſti Deum,&c. Et ſuperiori verſ. dicit, non tantum magnificetur Dominus; ſed etiam ſemper Dominus. Eue errabas, & auuerſus ab eo eras, vocauit te magnificetur Dominus, &c. Ecce inſpirauit tibi confeſſionem peccatorum tuorum confeſſus es dedit veniam; magnificetur ergo Dominus ſemper,&c. Et ſic quantitatem intenſiuam, & extenſiuam magnificandi Deum habemus. Tertium autem propoſitum in hac præſenti lectione declarandũ,fuit modus,quo Deum ipſum magnificare debemus, de quo modo D. P. Auguſtinus de moribus Manicheorum dicit,adſit tantum modus, quem in omni re dominari dicit,& alibi idem D.P. Auguſt. dicit, modus eſt pater ordinis, & ſecundum communem animi conceptionem dicitur,eſt modus in rebus. Hic etiam modus neceſſarius eſt,& erit ad Deum magnificandum, quem etiam modum S. Proph. quærebat, ſiue potius docebat dicens, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? modus itaq; ad magnificandum Deum obſeruandus videtur traditus ab eodem S.Proph. dicente,paratum Cor meum Deus, paratum Cor meum: cantabo, & Pſalmum dicam, & alibi, paratum Cor meum Deus,paratum Cor meum: Cantabo, & pſallam in gloria mea,& alibi confitebor tibi in directione cordis mei, & poſtremo laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.Ita igitur credendum,ac dicendum eſt, B. V. Mariam hoc modo ex corde Spiritu Sancto Duce Deum magnificaſſe. Vnde D. P. Aug. exponens idem B. Mariæ Virginis myſteriorum Canticum dicit,vt nouũ in Carne filij aduentum prædicaret, qui ingreſſus nouæ ſalutationis obſequio Virginem Gabriel veneratur dicens, Aue Maria gratia plena, &c. Ecce Ancilla Domini, &c. Statim adueniente Spiritu Sancto, Virginem omni virtutum gratia ſacroſanctum habitaculum in aduentu Dei implente dubium non eſt cæleſtium gaudiorum, &

Margin: Pſal. 34. — Pſal. 68. — Lib. 2. pag. 263. — Lib. 2. de ord. pag. 167. — Prou. — Pſal. 136. — Pſal. 56. — Pſal. 107. — Pſal. 118. — Pſal. 68. — Tom. 9. circa finẽ. — Lucæ 1.

æterna

ęternę dulcedinis, quam miram atque innarrabilē ſuauitatem Virgo ipſa concepit, & quando illud æternum lumen vim toto maieſtatis ſuæ fulgore in eam deſcendit, & quem non capit mundus totum ſe intra Virginis viſcera collocauit, audactèr prô nuncio, qui nec ipſa plene explicare potuit, ſed Spiritu Sancto docente, didicerat ſic ſemper humilitatem tegere: ſurget mox, & concedit in montem Iudeæ vnde Eliſabeth Spiritu Sancto repletur, qualis, & quanta eſſet, quæ ad ſe venerat, agnouit, & quam ſe indignam eius viſitatione iudicaret, aperuit di-

Luc. 1. cens, vnde hoc mihi, vt veniat ad me mater Domini? ecce, vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, &c. Tunc ait magnificat anima mea Dominum, &c. Vidiſti maieſtatem, & guſtaſti ſuauitatem, &c. Quam etiam videbit, & guſtabit in æternum, vtinam, & nos cum ipſa aliquando guſtare, & videre valeamus. Amen.

LECTIO II.

SVPER EODEM VERS. PRIMO MAGNIFICAT, ET CAETERA.

In qua agitur de neceſsitate, de quidditate, & de vtilitate magnificandi Deum.

VVLGO dicere ſolemus, oportet ex neceſsitate virtutem facere. Nam agricolæ ex viuendi neceſsitate, ſiue vitæ conſeruandæ faciunt virtutem extremis laboris tempore æſtus, ac magni frigoris. Milites ſæpè ex obedientiæ ſuorum neneſsitate Principum ad bellandum coacti viriliter prignantes (vt plurimum) peroptatam Victoriam conſequentes, ex neceſsitate virtutem faciunt. Medicus etiam ex neceſsitate alieni morbi virtutem facit propriæ artis, eandem doctè, ac prudenter exercẽs. Homo tandem ſapiens moriturus, facit, & ipſe ex neceſsitate virtutem, cum neceſſario mori debeat, ac cogatur, vel iuſtitiæ cauſa, vel naturali morbo, & defectu, facit virtutem curans totis viribus ſe benè mori, &c. Cum ſecundum

Prou. Similia multa.

Ad Heb. cap. 9.

cundum Diuum Apoſtolum, ſtatutum ſit omnibus hominibus ſemel mori, de qua quidem naturali morte alibi dicit idem D. Apoſtolus, infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, gratia Dei per Ieſum

Ad Rom. cap. 7. & cap 5. Pſal. 83.

Chriſtum Dominum noſtrum: Hinc idem D. Apoſtolus alibi dicit, vbi abundauit delictum ſuperabundauit, & gratia, quem locum exponens D. P. Aug. verſ. Aſcenſiones in corde ſuo, &c. Dicit auctus eſt morbus commendata eſt medicina. Et ſic aliquando ex neceſsitate fit virtus, & ad rem idem D. P. Aug. eodem Pſal. verſ. ſuperiori. Beati qui habitant in domo tua, &c. Dicit omnium humanarum actionum mater eſt neceſsitas, & Diuinus

Lib. 16. de Regno.

ille Plato lib. ſuo de regno per alia verba dicit neceſsitas eſt induſtriæ mater, &c. Ex neceſsitate itaq; fit virtus, B. ergo V. Maria ex præcepti Diuini neceſsitate virtutem facit obedientiæ cantans, magnificat anima mea Dominum, &c. Præceptum autem habemus maximum, & primum. Vnum cole Deum, quem quidem inter omnes puras creaturas, V. Maria iure optimo maxime coluit, quæ idem clarè oſtendit dicẽs, magnificat; &c. Tria itaq;

Tria propoſita.

de more noſtro in hac ſecunda lectione declaranda proponuntur; quorum primum eſt neceſsitas magnificandi Deum. Secundum eſt quidditas eiuſdem. Tertium eſt vtilitas. Quo ad primum propoſitum, nempè neceſſariò

Neceſsitas duplex.

eſſe magnificare Deum pro maiori dicendorum declaratione, diſtinguendum eſt de neceſsitate ſimpliciter, & ſecundum quid. Primo modo neceſſarium eſt magnificare Deum. Nam diuina præcepta neceſſario ſimpliciter ſunt obſeruanda, ſiuè debent obſeruari ſub damnationis

Ad Rom. cap. 15.

pœna. At D. Apoſt. de Deo magnificando dicit de mente S. Dauidis Proph. gentes autem ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt: propterea confitebor tibi in gentibus Domine, &c. Et eodem loco parũ in-

Pſal. 116.

fra laudate omnes gẽtes Dominum; & magnificate eum omnes populi, &c. Quamobrem ipſemet S. Proph. idẽ

Pſal. 17.

docet, dicens, ab inſurgentibus in me exaltabis me, à viro iniquo eripies me; propterea confitebor tibi in nationibus, &c. Et alibi magnificans ſalutem Regis eius, &c.

Vbi

Vbi D. P. Aug. ſic habet Deus qui magnificat, vt admirabiles faciunt ſalutes, quas eius filius dat credentibus de quibus forſan ſalutibus admirabilibus S Proph. dicit, multiplicaſti magnificentiam tuis, & conuerſus conſolatus es me, & alibi quodamodo clarius dicit, ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis ſuæ: date gloriam Deo ſuper Iſrael: magnificentia, & virtus eius in nubibus: vnde idē Sanctus Proph. totus lætus rationabiliter dixit, ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo manè miſericordiam, quam vtriq; fortitudinem oſtendit vſque ad nubes, ideſt Apoſtolos, & fideles quibus omnibus non ab re dictum eſt, ac præceptum fuit, cantare ei canticum nouum, & benè pſallite ei in vociferatione, quod verè oſtēdens exemplo expræſsè docens idem S. Proph. ſe facturum, & exequuturum promiſsit dicens, clamabo ad Deū altiſsimum, Deum qui benefecit mihi; & alibi fortius, in te cantatio mea ſemper tāquam prodigium ſum multis, & tu adiutor fortis; cordis abundantiam oſtendens ſequitur, repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuā tota die magnitudinem tuam, quid mirum eſt ergo, ſi etiam diuus Iſaias Proph. idem præceperit dicens, Cantate Domino: quoniam magnifice fecit: annunciate hoc in vniuerſa terra, & alibi clarius loquens dicit in illa die erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exaltatio his, qui ſaluati fuerint de Iſrael, & ibi Thadeus noſter Peruſinus ſuper Iſaiam per germen intelligit filium Dei, &c. Moyſes ille antiquus populi Iſraelis Dux, etiam idem ſuadet, & præcipit dicēs, date magnificentiam Deo noſtro: Dei perfecta ſunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Vbi Iacobus noſter Valentinus docet, Deum de ſe magnificandum eſſe ab omnibus propter quatuor. Primo, quia ipſe perfectus eſt, & opera etiā eius perfecta creauit, & fecit eſt. Secūdo, quia ſapiens in condendo legem naturæ. Tertio, quia fidelis eſt in promiſsis ſuis: quia neminem fallit. Quarto, quia rectus, & iuſtus eſt in iudicando: quia tribuit vnicuiq; ſecundum opera ſua. Vnde propter iſta quatuor præcipuè omnes populi neceſſario tenentur magnificare ipſum

Pſal. 70. Pſal. 67. Pſal. 18. Pſal. 32. Pſal. 56. Pſal. 90. Cap. 12. Cap. 4. In Cantico Moyſis, Deuth Cap. 32. Rara Doctrina. Pſal. 61.

C Deum

Deum optimum date ergo magnificentiam Deo noſtro: En clarum præceptum de Deo magnificando, &c. Præceptum autem Domini lucidum: quia ad benè videndū rectéq; operandum iuxta Diuinę voluntatis ordinem ad deuitandam æternam confuſionem nos rectè ducit, & docet; vnde ad rem idem Sanctus Proph. dicit, tunc nōn confundar, cum perſpexero in omnibus mandatis tuis, circa quæ totum exercitium noſtrum ſemper ſe habere debet, & neceſſe eſt, ſicut idem S. Proph. exemplo ſuo plenè nos admonet dicens eodem pſal. in mandatis tuis exęrcerbor, & conſiderabo vias tuas, pręcipuè quo ad magnificentiam ſibi à nobis exhibendam, & à ſe ipſo ſibi exhibitam, de qua clarè dixit idem D. Proph. benedic anima mea Domino: Domine Deus magnificatus es vehementer, & de operibus ſuis magnificis, quaſi admirās dicit, quam magnificata ſunt opera tua Domine nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Quod quidem factum minimè latuit Moyſen cum lætanter, & promptè omnes Dei Creaturas, & amicos ad cantandum, & magnificandum eundem Deum optimum inuitauit, & vocauit, dicens cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt: equum, & aſcenſorem deiecit in mare. Verus cantus delectabilis muſicalis, vt ex pluribus fieri ſolet vocibus, vt gratior, cariorq; omnibus appareat; ita Dux ille antiquus Moyſes muſicæ diuinæ magiſter omnes vocauit ad Deum magnificandum iuxta illud etiam S. Prophetę omnes Spiritus laudet Dominum, concludens omnes Dei magnificentias ab omnibus Domino Deo iuſtè exhibendas (ſicut decet) & neceſſarium eſt ſimpliciter, quod non cōtingit aliter ſe habere iuxta Philoſophi Doctrinam his ſic ſtantibus diuinis ſcripturis, atq; præceptis, ad quæ certè B. V. Maria reſpiciens rectè inter alios omnes Creaturas ſuo ore, & exemplo inuitauit dicens. Magnificat anima mea Dominum, &c. Videturq; ſeruaſſe ad vnguem D. P. Aug. certam regulam, vbi ſic habet. Nullum aliud Canticum nos docet Deus, niſi fidei, ſpei, & Charitatis, &c. Et fere idem docet alibi verſ. ſicut tenebræ, &c. Opus eſt iuſtitiam tenere, fidem diligere, ſperare

Pſal. 18.
Simile.
Pſal. 118.
Pſal. 103.
Exodi capit. 15.
Simile.
Pſal. 150.
Concluſio omniū pſal.
Primo poſt cap. 8.
Pſal 91.
Pſal. 138.

ſperare in Deum diligere Deum, diligere, & proximũ, &c. Quod quidem procul dubio ardenter exercuit, ac apertè oſtendit B. Virgo Maria cogitationibus ſuis verbis,& operibus, dicens, magnificat,&c. Dictum enim ſibi fuerat ab Eliſabeth, B. quæ credidiſti: quoniam perficientur in te, quę dicta ſunt tibi à Domino,&c. Plenitudo ergo fidei, & cæterarum Sanctarum virtutum neceſſario piè impulit ipſam ad canendum, magnificat, &c. Nam ſecundum diuinum Platonem in ſuo phedone, vel de anima, virtutum congeriem, ſiue aggregationem in anima appellamus muſicam, ſiue appellat ipſe armoniã, ſiue conſonantiam quandam, & vitiorum congregationem appellat diſſonantiam; B. V. Maria plena vndequaque eandem virtutum conſonantia dixit, ac cæcinit, magnificat, &c. Nam conceptum ſermonem quis continere poterit? & S. Apoſtoli dicebant non poſſumus non loqui, quæ audiuimus,& vidimus,&c. Sicut enim aues primo vere, & cicades tempore ęſtiuo non poſſunt ſe continere ab illo ſuo naturali cantu. Vnde Chriſtophorus noſter Fonſecha Hiſpanus lib. ſuo de Diuino Amore de mente Plinij lib. vndecimo ſuæ Hiſtoriæ naturalis cap. 17. dixit Cicadem mutam eſſe mundi miraculum, &c. Quaſi neceſſario ſuo modo creatorem ſuum propoſſe laudet; ſicut cætera viuentia, ac cancutia, &c. Sicut etiam ignis non poteſt naturali curſu non calefacere, Sol non illuminare, grauia deorſum non deſcendere, leuiaq; ſurſum non aſcendere,&c. Sic etiam B. V. Maria a plenitudine fidei,& cæterarum virtutum pro affectu in pulſa nõ violenter quidem; ſed ardenter perfecto tracta amore neceſſario dicebat, magnificat, &c. Secundum D. Apoſt. regulam dicentis, per ipſum ergo, id eſt Chriſtum offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius,& cætera. Hoſtiam, id eſt Sacrificium laudis offerens B. V. Maria dicebat magnificat, &c. Poſito enim altero relatiuorum neceſſario datur,& reliquum ſecundum Philoſophum, vt cauſa, & effectus; dato itaq; & recepto Spiritu Sancto in B. V. Maria, de neceſsitate, & vera congruentia debuit ſequi effectus,

Lucæ cap. 1.

D. Plato.

Iob cap. 4.

Actuum Apoſt. capit. 4.

Cap. ſe..

Ad Hebr. cap. 13.

In cap. .. tionis.

fectus, ac affectus diuinæ magnificentiæ. Idcirco meritò
Secundũ propoſitũ. expeditè oſtendens, ſiue producens eundem effectum dixit, magnificat, &c. Declarata itaq; neceſsitate magnificandi Deum; ſupereſt, vt accedamus ad ſecundum propoſitum, quod fuit quidditas, &c. Omnia enim habentia eſſe, habent, & eſſentiam explicabilem per quidditatem ſuam de qua Philoſophus agit. ſi eſt, quid eſt, quia eſt, &
Secundo lib. poſt tex. 2. Similitudo. propter quid eſt. Quæſtio autem quid eſt, eſt quæſtio ſimplex, ſicut de more quærimus quid eſt gramatica, logica, Philoſophia, cæteræ artes, etiam Sacra Theologia, ſic etiam quærere poſſumus, quid ſit magnificare Deum, & pro maiori dicendum notitia; Iacobus noſter Valentinus verſ. primo ipſius magnificat, &c. Notat, & doctè quidem qualiter iſta octo verba per ordinem ſe habent. Reuereri honorare, laudare, magnificare, glorificare, ſanctificare, benedicere, & adorare. Cum itaq; diffinitur hoc verbũ, magnificare, propriè includit alia verba præcedentia, & impropriè ſequentia. Huic ergo vtili quæſtioni propoſitę
Pſal. 71. doctiſsimè reſpondet; primo D. P. Aug. verſ. benedicentur in ipſo omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum, dicit, non ipſi faciendo, vt magnus ſit, qui per ſemeptipſum magnus eſt: ſed laudando, & magnum fa-
Prima diffinitio. De Sáctis Serm 3. tendo, ſic enim magnificamus Deum, ſic etiam dicimus in oratione dominicali Sanctificetur nomen tuum, quod ſemper Sanctum eſt, &c. Sicq; magnificare eſt magnum fateri, ideſt confiteri: & idem D. P. Auguſtinus alibi declarat quid ſit magnificare Dominum, dicens, neque enim magnus fit à Creatura Creator, ſed dicendum nobis eſt duobus modis dici magnificari, ideſt aut magnum
Secunda diffinitio. facere, aut magnum adorare: magnum admirari. Magnificatur enim à nobis Deus cum magnificari dignatur à nobis, &c. Et parum infra eodem Sermone dicit, quæcunque anima Sancta verbum concipere poteſt credendo: parere prædicando: magnificando, amando, &c. Et eodem Serm. parum infra exponens illud Pſalmi, ma-
Pſal. 33. gnificate Dominum mecum, &c. Dicit ac ſi diceret S. Proph. magnitudinem Domini mecum prædicate de qua etiam Domini, & gloriæ eius magnitudinem D. Petrus

Apoſto-

Apoſtolus loquens de Domino Ieſu Chriſto. Accipiente à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria. Ex dictis itaq; Auguſtinianis de facili colligitur qualiter magnificare Dominum eſt ipſum magnum adorare, magnum admirari, magnum amare, & magnitudinem eiuſdem prædicare; ſicq; certè agit B. V. Maria, B. autem Aegidius noſter Rom. in expoſitione epiſtolæ D. Apoſtoli ad Rom. verbo magnificate eum, &c. Dicit ſic quod ſi laudant Dominum laude deuotionis, & magnificant eum magnificentia exaltationis. Ipſum laudare eſt ipſum exaltare, magnificate mecum, prædicate mecum, &c. Et ſic B. Aegidius Rom. non diſcrepat à D. P. Auguſtino: Iacobus vero noſter Valentinus verſ. benedicentur in ipſo, &c. Omnes gentes magnificabunt eum, benedicentur, &c. Per mortem, paſsionem, & regeneratione͂ Baptiſmalem. Q. d. in ipſo Domino Ieſu Chriſto complebitur promiſsio facta ipſi Abrahæ in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, & quia propter tale beneficium debetur ſibi tertia par. latriæ quę dicitur magnificentia, ideò ſequitur, & omnes gentes magnificabunt eum, ideſt magnificum, glorioſum, longè lateque præconizzabunt agendo gratias de beneficijs creationis, recreationis, & redemptionis in hymnis, canticis, & prædicationibus, &c. Magnificare ergo ex dictis eſt tertia pars latriæ ipſi Domino tribuere, eidem gratias agere, & idem Iacobus Valentinus verſ. Confeſsio, & pulcritudo in conſpectu eius: dicit tres eſſe latriæ partes, confeſsionem, oblationem, ideſt Sacrificium, & adorationem. Beata ergo Virgine Maria hæc omnia optimè ſciens ne peioris eſſet omnium gentium conditionis: ſed longè maioris dicit magnificat, &c. Nam ſecundum Sacrum Cathechiſmum Romanum ob eam rem homines conditi ſunt, vt Deum colant. Sic, & Beata Virgine Maria eundem colens dicit magnificat, &c. Et Domino Deo veram latriam offert, de qua Petrus noſter de Aragona de iuſtitia, & iure libro ſuo dicit, latria ſoli Deo debetur, & cætera. Beatus Albertus noſter Patrinus ſuper

Secunda Epiſtola cap. 1.

Tertia diffinitio.

Ad Rom. cap. 15.

Pſal. 7.

Gen. cap. 15. & capit. 22.

Quarta diffinitio.

Pſal. 95.

Tres latriæ partes.

2. P. de Sacr. ord. Concluſione 5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Quæſt. 85 Art. 3. in corpore. Lucam in ſuis Sermonibus annualibus, verbo accepit autem omnes timor, & magnificabant Dominum: quia Propheta magnus ſurrexit in nobis, &c. Magnificabāt, ideſt magnificum prædicabāt verbo eum qui magnificus erat in opere. Magnificare itaq; eſt magnificum prædicare,

Cap. 7. Dominica 15. Pent. & idem B. Albertus noſter eodem ſuorum Sermonum libro ſuper Lucam, verbo, vnus autem, &c. Magnificare eſt beneficium acceptum commendare. B. Simon noſter de Caſsia exponens idem Canticum B. V. Mariæ Magnificat, &c. Dicit, non magnificat Virgo Deum, vt ipſum magnum efficiat à quo ipſa etiam magna effecta eſt: ſed ſic cū anima Mariæ conſiderat vt quod vult efficiat, & quod in re parua, magna poſſit efficere, ad magna verò ea, quæ ſunt exigua ſubleuare. Magnificat anima Virginis Dominum, cum laudat eum internè, atq; contemplatur, per magnalia in ſe ancilla perfecerat, & ad infinitatem eius. Deficiens ab illa magnitudinem vincebatur. Ex his etiam colligitur, quod magnificare Dominum eſt ipſum internè magnum conſiderare, ac laudare, &c. B. Auguſtinus noſter Anconitanus ſuper idem Canticum, Magnificat poſt Proemium prima corda Pſalterij dicit ſic Dominum. Deum magnificare, non eſt aliud, quam vnum Dominum. Deum adorare, de mente D. P. Auguſtini, dicebat enim, vt ſtatim Dei filio in vtero Virginali concepto Pſalteriū decem cordarum, & legem decem præceptorum ipſa decantaret ad demonſtrandum, quod mater illius effecta eſſet, vel erat, qui non venerat legem ſoluere; ſed ad implere, & ſic clarè patet quid ſit Dominum magnificare ſecundum iam prædictos ſacros Doctores. Inſuper Caſsiodorus verſ. lætabimur in ſalutari tuo, & in nomine Dei noſtri magnificabimur. Magnificari enim eſt magnum fieri, &c. Ergo ab oppoſito. Magnificare eſt magnum facere ſaltem ſecundum animi præparationem, ſiue promptitudinem, &c. Sed ſi liceat ad mentem noſtrām diceremus, Dominum magnificare nil aliud eſſe, quam ipſum toto corde, pleno ore, perfectoq; opere exaltare: iuſta illud Sancti Prophetæ iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum eſt nomen.

Quinta diffinitio.

Cap. 17. Seſta diffinitio.

Lib. 2. de Religione Chriſtiana capit. 14.

Settima diffinitio.

Tom. 9. cap. 5.

Matth. capite 5.

Pſal. 19.

Octaua diffinitio.

nomē eius ſolius magnificare ergo, eſt exaltare, &c. Et ſic Nona diffinitio.
credendum eſt omnibus his prædictis modis Beatā Virginem Mariam Dominum Deum noſtrum magnificaſſe. Quo autem ad tertium propoſitum principale, quod fuit vtilitas magnificandi Dominum Deum, &c. Hæc eſt, Tertium propoſitū
& erit maxima vtilitas, videlicet, gratiæ in hoc ſæculo, & gloriæ in altero. Nam ſapiens ille Salomon Rex Iudeorum dicit, vena vitæ eſt os iuſti, & os impiorum operit iniquitatem, odium ſuſcitat rixas, & vniuerſa delicta operit Charitas. Dicens ergo ex charitate, ideſt ex amore perfecto magnificat, &c. Os eiuſdem dicentis erit vena vitæ gratiæ, & gloriæ. Hinc parum infra idem Salomon Parab. capit. 10, & 16.
dicit hominis eſt preparare animam, & Domini gubernare linguam, dum præcipuè dicit magnifica, &c. Idcirco non ab re S. Proph. dicit, confeſsio, & magnificentia opus eius, & alibi, vox Domini in virtute; vox Domini in magnificentia, & tandem alibi, confeſsio, & pulcritudo in conſpectu eius; Sanctimonia, & magnificentia in Pſal. 110.
ſanctificatione eius vbi D. P. Auguſtinus dicit, pulcritu- Pſal. 28.
dinem amas? vis eſſe pulcher, confitere, non dixit, pul- Pſal. 95.
critudo, & confeſsio, ſed confeſsio, & pulchritudo. Fędus eras, confitere, vt ſis pulcher, peccator eras, confitere, vt ſis iuſtus. Fædare te potuiſti, formoſum te facere non potes. Et parum infra eodem loco dicit, amamus pulcritudinem, prius eligamus confeſsionem, &c. Nempe confeſſionem, peccatorum, & confeſsionem laudis, de qua S. Proph. dicit, confeſsio eius ſuper cælum, & terram, &c. Pſal. 148.
Iacobus noſter Valentinus ibidem diſtinguit de tripli- Confeſſio
ci confeſsione nempè fidei, peccatorum, & laudis, quæ triplex.
cōfeſsiones ordinatè ſe habēt, & vltima, nō poteſt ſuper Pſal. 95.
eſſe Deo grata ſine alijs duabus præcedentibus. Non enim eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, &c. Cū aut magnificare (vt dictum eſt) ſit laudare, &c. Et ſic vera magnificentia ab his confeſsionibus (præcipuè a confeſsione fidei, & laudis, vbi peccatū abeſt) procedit. Sequitur autem D. P. Auguſtinus, vbi ſupra, qui amat potentiam, amat magnificentiam, vult eſſe magnus, quomodo Angeli magni ſunt, magnificentia quædam eſt in Angelis, &

tanta

LECTIO TERTIA VERS.

ET EXVLTAVIT SPIRITVS MEVS, ET CAETERA.

In qua agitur de cauſa exultationis, de effectu, & de fine eiuſdem.

VVLGO dicere ſolemus, qui fecit, quod potuit, legem adimpleuit; &c. Quia iuxta aliud adagium, ad impoſsibile nemo tenetur. Hinc S. Proph. cognoſcens ſe aliqua ex parte potuiſſe diuinam adimplere legem, nec tamen eandem obſeruaſſe non obſtante, quod potuerit, quaſi veniam petẽs dixit, quomodo dilexi legem tuam Domine: tota die meditatio mea eſt, vbi D. P. Aug. dicit dilectio eſt latitudo mandati: vnde quippe fieri poteſt, vt diligatur quod Deus iubet diligi, &c. Et infra eodem loco tota die, ideſt ſemper tali expugnatur dilectione cupiditas, quæ ſæpè fruendis legis iuſsionibus contradicit, concupiſcente aduerſus Spiritum carne, aduerſus quam Spiritus concupiſcens, ita diligere debet le- Prou. Pſal. 118.

Ad Rom. cap. 3. gem Dei, vt tota die meditatio eius ſit. Dicit autem D. Apoſtolus, vbi eſt gloriatio tua excluſa eſt. Per quam legem? factorum? non, ſed per legem fidei. Hæc eſt fides, quæ per dilectionem operatur: quoniam quærendo, petendo, pulſando impetrat Spiritum bonum, per quem dilectio ipſa diffunditur in cordibus noſtris. Quomodo ergo dilexi legem tuam? &c. Et qui fecit quod potuit, &c.

Pſal. 118. Quam ob rem idem S. Proph. dicebat, viam iniquitatis, admoue à me, & de lege tua miſerere mei, hæc dicebat cognoſcens ſe defeciſſe, & non feciſſe quantum poterat, quo ad obſeruantiam diuinæ legis, &c. Qui fecit ergo quo potuerit, &c. Deus enim opt. per legem ſuam, & in

Cap. 5. lege ſua, ſecundum D. Hieronymum ſuper Matth. Verbo ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros, &c. Non præcipit impoſsibilia: ſed perfecta, &c. Vt cuncta ſemper vitemus vitia virtuteſque ſequamur, incipientes à Sancta fidei virtute, quam ſuperius D. P. Aug. appellat legē

Pſal. 83. fidei: quo circa ad rem idem S. Proph. totum hoc Sanctū Myſterium præuidēs dicit, ibunt de virtute in virtutem, & videbitur Deus Deorum in Sion quem locum expo-

Cor. 1. cap. 12. nens D. P. Auguſt. ad mentem D. Apoſt. dicit hic enim dantur per gratiā multæ virtutes. Alij quidem datur Sermo. Sapientiæ per Spiritum, alij Sermo ſcientiæ ſecundū eundem Spiritum, alij fides, alij donatio ſanitatum: alij genera linguarum, alij interpretatio ſermonum. Alij prophetatio. Multæ virtutes: ſed hic neceſſariæ, & ab his virtutibus imus in virtutem. Quam virtutem? Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam ipſe dat diuerſas virtutes in loco hoc qui pro omnibus virtutibus neceſſarijs in conualle plorationis, & vtilitatibus dabit vnam virtutē ſeipſum, &c. Nam, & virtutes agendæ vitæ noſtræ quatuor deſcribuntur à multis, & in Scriptura inueniuntur Prudentia dicitur, qua dinoſcitur inter bonum, & malū. Iuſtitia dicitur, qua ſua vnicuiq; tribuimus nemini quid quam debentes: ſed omnes diligentes. Temperantia dicitur, qua libidines refrenamus. Fortitudo dicitur, qua omnia moleſtia toleramus, &c. O ſanctum virtutum iter, quo imus de bono in melius, &c. Iſtæ virtutes nunc in

conualle

conualle plorationis nobis per gratiam Dei donantur,ab his virtutibus imus in illam virtutem,& quæ erit illa virtus, niſi illius contemplationis Dei? qua propter B. V. Maria abſq; dubio ambulans per omnium virtutum viã ibat de virtute in virtutem (vt Sanctus Proph. docuit) modo perfectiſsimo,& gradatim magnificando,& exultando,& ſic de ſingulis,quæ ſequuntur in eodem ſuo cantico. Ob id ſequitur poſt magnificat, & exultauit Spiritus,&c. In Deo ſalutari terminans ſuam contemplationẽ iuxta Diui Proph. ac S. P. Auguſt. doctrinam, videbitur Deus Deorũ in Sion. Vnde ad rem Andreas Gelliminus Cortonenſis in ſuo libello de Sanctiſsimę Trinitatis Myſterio prope finem de mente D. Dionyſij de Cæleſti Hyerarchia, & B. Thomæ noſtri de Villa noua Sermone de reſurrectione dicit beatam Virginem adhuc mortali corpore inductam clara viſione, ſiue intuitiua diuinã eſſentiam conſpexiſſe, &c. Et ſic videbitur Deus Deorum in Sion; quid ergo mirabilius, & ad rem D. Ioannes Chriſoſtomus Sermone apud Metaphr. qui quinta Die natiuitatis eiuſdem Beatæ Virginis Mariæ legitur,dicit magnum re vera miraculum,fratres dilectiſsimi,fuit B ſemper Virgo Maria. Quid nanque illa maius, aut illuſtrius vllo vnquam tempore inuentum,ſeu aliquando inueniri poterit? & D. P. Aug. dicit, exultat Maria, & matrem ſe eſſe læta miratur, & de Spiritu ſancto ſe peperiſſe gaudet,&c. Maximam ergo exultandi habens cauſam, & rationem iure optimo cecinit, & exultauit, &c. Spiritus namque Sanctus hortatur, ſiue præcipit dicens, laudate eum in virtutis eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Idcirco ea rationabiliter Beata Virgine Maria dicit, & exultauit Spiritus meus,&c. Perpendens, ac profundæ conſiderans maximus Domini Dei noſtri virtutes, ac ſupremam eiuſdẽ magnitudinem,nec non maxima beneficia ſibi totiq; generi humano collata,atque conferenda hæc autem apertè fuerũt præuiſa,ſiue prædicta à Spiritu Sancto per Prophetam dicentem, ſicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, & alibi in voce exultationis, & confeſsionis ſonus epulantis.

Cap. 18. — Valde notandum — De Sanctis Ser. 18. — Pſal. 150. — Pſal. 62. Pſal. 41. Pſal. 117.

tis,ſaltem ſpiritualiter, & alibi vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Quid autem eadem Virgine Maria inter puras creaturas iuſtius? certe nihil. Sicq; bonum; immò optimum fuit, ipſam exultaſſe in Spiritus, iuxta illud tunc repletum eſt os noſtrum gaudio, & lingua noſtra exultatione. Tunc nempe in receptione tot ſingularium beneficiorum. A minori ad maius. Nam alibi dicit idem S. Proph. & campi ſui replebuntur vbertate pingueſcent ſpecioſa deſerti, & exultationes colles accingentur: campi tui, ideſt venter tuus, nempe Mariae Virginis, vbertate frumenti, Diuini Verbi incarnati; de quo dicitur ab eodem Redemptore, niſi granum frumenti cadens in terram, & mortuum fuerit ipſum ſolum manet, & per Sanctũ Proph. de iam dicto Campo, ſiue agro, terra dedit fructum ſuum, ex quo fructu, ſiue frumento effectus eſt ille cæleſtis Patris de quo dicit idem Saluator ego ſum panis viuus, qui de Cælo diſcendi, &c Fame patientes, & panem recipientes meritò exultare ſolent, iuxta illud in voce exultationis ſonus épulantis; ita recipientes Chriſtum Dominum noſtrum panem viuum in Diuina Incarnatione, & poſtea in Sacramenti inſtitutione, & præcipue B. V. Maria, &c. Exultatione Colles accingentur, cum eadem B. V. Maria viſitauit Eliſabeth. Exurgens Maria, abijt in mõtana cum feſtinatione, &c. Vbi rationabiliter cecinit, magnificat, &c. Et exultauit Spiritus meus, &c Sed pro maiori dicẽdorum notitia D. P. Aug. verſ. 1. venite exultemus Domino, &c. Notat, & decet duplicem eſſe exultationem, bonam, & malam. Per primam eſt exultare Deo, & per ſecundam nempe malã eſt exultare ſæculo. Ffe debes exultare Dño ſi vis ſeuerius inſultare ſæculo, ſiue mũdo de prima exultatione dicitur, exultabit cor meũ in ſalutari tuo, & Abacuc in ſuo Cãtico ego autem in Dño. Gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. De ſecunda autem exultatione, ideſt mala dicitur qui tribulant me exultabunt, & eodem cantico ſuo Abacuc, exultatio eorum: ſicut eius qui deuorat paupere in abſcõdito. Vlterius eadem exultatio bona duplex eſt propria, & Methaphorica de prima, ideſt propria exulta-

Pſal. 125.
Pſal. 64.
Iſa. cap. 12.
Pſal. 62.
Ioa. cap. 6
Simile.
Pſal. 41.
Lucæ c. 1.
Pſal. 94.
Duplex exultatio.
Pſal. 12.
Cap. 3
Pſal. 12.
Duplex exultatio

tione dicta multa sũt ſuperius;de ſecũda,verò S. Proph. dicit, exultabũt Dño oſſa humiliata, &c. Lętentur cæli,& exultet terra, &c tũc exultabũt omnia ligna ſiluarũ a facie Dñi:quoniã venit iudicare terrã. B. itaq; V.M. ꝓpria exultauit exultatione iuxta illud exultate Deo adiutorio noſtro,&c. Nõ autẽ exultauit exultatione Metaph.i ſimilitudinaria, q̃ cõuenire,& aſcribi ſolet entibus inanimatis,& ratione carẽtibus,idcirco,& exultauit,&c.Tria igitur de more noſtro propon ũtur declaranda in hac tertia lectione.Quorũ primũ eſt cauſa exultationis. Secũdũ eſt effectus.Tertiũ eſt finis eiuſdẽ.D.Iſa.Proph. p̃cipuã cauſã exultationis B.V.M. tetigit dicẽs lætabitur deſerta,& c. Germinãs,germinabit,& exultabit lætabũda,& laudans cãtico, vbi Thad.nr̃ Peruſ.ſuper Iſa.eodẽ loco,ꝑ germinãtẽ,& exultantẽ intelligit B.V.propriũ filiũ cõcipientẽ,& parturientem,&c. Laudãs,&c.D.P.A. in Epiſt. D.Io.Ap. exponẽs hãc dictionẽ allel.i.laudate Deũ, q. Deũ lingua laudat,nõ ſẽper poteſt,qui verò moribus Deũ laudat ſẽꝑ poteſt.B. itaq; V.M.exultãs propter filij ſui cõceptionẽ, ac germinationẽ vtroq; modo exultauit, nẽpe lingua, ac Sanctiſs. moribus,&c. Secũda cauſa humanæ exultationis adducitur ,ſiue traditur à S. Proph. verſ. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me; exultatio mea erue me ; vbi D. P. Aug. verſ. Superiori, veruntamen in diluuio aquarum multarum,&c.Sic dicit,& docet,multiplicitas variarum doctrinarum. Dei eſt vna, & nõ ſunt multæ aquæ,ſed vna aqua,ſiue Sacramẽti Baptiſmi,ſiue Doctrinæ ſalutis,& infra eodẽ loco in diluuio aquarũ, &c. Extollentiũ ſe aduerſus Deũ, & docentiũ ſuperbas impietates ad Deũ nõ approximabũt ſiue nõ appropinquabũt.Tu autẽ quid,qui etiã iuſtificatus es inter medias illas aquas:vndequaq; fratres mei,cũ confitemur peccata perſtrepũt circa nos aquæ illæ diluuij:nõ ſumus in illo diluuio, ſed circũdamur ab ipſo diluuio:præmunt nos:ſed non opprimũt:vrgẽt nos,ſed nõ demurgũt. Quid tu facies : qui in medio diluuio es ambulãs in ſæculo ? nõ audit tales Doct.nõ audit tales ſuperbos,aut nõ ex verbis eorũ patitur quotidianas perſecutiones in corde ſuo,

Quid

Pſal. 50.
Pſal 95. & 97.
Pſal. 80.
Tria propoſita.
Prima ratio.
Cap. 35.
Cap. 8.
Secunda ratio.
Pſal. 31.

Multiplicitas variarum Doctrinarũ, præcipue falſarum eſt maxima tribulatio. Quid ergo dicat iſte iam iuſtificatus, & præſumens de Deo, qui circundatur diluuio iſto? tu es refugium meũ, &c. Multiplicitas ergo variarum, vanarum Doctrinarum eſt iſta tribulatio, &c. Liberatus ergo ab eadem praua Doctrina, Dei beneficio, dicit cum S. Proph. tu es refugium meum, &c Probat ab eff-ctu erue me, &c. Hinc liberatus maximam habet exultandi cauſam,& rationem ſicut docuit S. Iſaias Proph. dicens, ſicut exultãt victores capta præda, quando diuidunt Spolia, vnde liberatus vincens, ſiue victor meritò dicitur,& ſic vere dicere poteſt ipſi Deo, liberatori, tu es refugium meum, & exultatio mea. Deus itaq; eſt exultatio noſtra cauſaliter, non autem formaliter, vel aliter, vt notat ibidem D.

Simile Cap. 9.

Alia diſtinctio exultationis. P. Aug. parum infra. & Deus eſt exultatio in ſpe, non dũ in re, vel aliter diſtinguendum, de exultatione, quæ eſt in via de qua dicitur lætentur,& exultent gentes,&c. Et alia in patria de qua dicitur exultabunt Sancti in gloria, &c. Vtraque vſus fuit Dominus Ieſus Chriſtus de exultatione viæ dicitur figuratiuè exultauit, vt gigas ad currendam viam,&c. De exultatione Patriæ cum ſit Sanctorum Sanctus,& caput, de quibus dicitur ſupra exultabunt Sancti in Gloria,& multò magis Chriſtus, & alibi, lætentur omnes, qui ſperant in te: in æternum exultabũt, & habitabis in eis. Vtraque etiam exultatione vſa fuit, & vtitur eadẽ D. mini noſtri Redemptoris mater, de exultatione viæ dicit ipſa,& exultauit Spiritus meus, &c. Et de exultatione Patriæ cum ſit ne dum Sancta, verum etiã Sanctiſsima, meritò de ipſa principaliter poſt filium verificatur illud pſal. exultabũt Sancti in Gloria. &c. Deus ergo eſt cauſa cuiuſcunque bonæ exultationis, &c. Exultatio mea, &c. Dominus Iacobus noſter Valentinus ibidem, tu eſt refugium meum docet aliter, nempe veram pęnitentiam, virtutem à ſola Chriſti paſsione vim habere idcirco dicit, tu es refugium meum. Ideo ad te recurro, & venio in hoc tempore opportuno ad veram pęnitentiam dedicato. quia tu es refugium meum, &c. A tribulatione peccatorum me circundantium. Nam ſicut aqua circundat, & intrat vbi poteſt, &c. Ita ſuo modo peccata

Pſal. 62. Pſal. 149. Pſal 18. Pſal. 5.

Dominus Ieſus chriſtus, & mater eius exultauerunt.

Pſal. 31.

Simile Pſal. 65.

peccata noſtra in animam, &c. De quibus forſan dicebat Sanctus Proph. Saluum me Domine, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam, &c. Ideo ſuperius dictum eſt, verùtamen in diluuio aquarum multarum, &c. Ad eum, nempe Dominum Ieſum Chriſtum non appropinquabunt, &c. Ideſt peccata, cum ſemper innocens fuerit, ſit, & futurus ſit, ſecundum pſal. Iudica me ſecundũ innocentiam meam Domine, &c. Liberatus ergo quiſq; purus homo a peccatis per veram pęnitentiam, tamque à maxima tribulatione ſolo Chriſti meritò; erit Chriſtus vera exultatio eius. In peccatorum noſtrorum remiſsione Deus principaliter operatur Dominus verò Ieſus Chriſtus meritorie ſecundum Sacros Theologos. Cui Sacræ Doctrinæ certè minime repugnat Doctrina Sacrorũ Canonum, dicentium, magna miſericordiæ medicina tollit peccata magna, & medicamentum fortius eſt eleæmoſina, quæ maxime operatur, in pænitentia, vt pars ſatisfactoria, & parum infra eadem diſtinctione de mente D. P. Aug. ad Felicianum, tres ſunt pęnitentiæ actiones, quarum prima eſt hominis renouatio. Secunda eſt per totã vitam iſtam, qua in Carne degimus mortali, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda. Tertia actio pęnitentiæ, qua pro illis peccatis ſubeunda eſt: quæ legis decalogus continet, de quibus D. Apoſt. dicit, quod ſi nos metipſo diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Eſt enim pęnitentia humilium, & bonorum fidelium pœna quotidiana, in qua pectora contundimus, dicentes, dimitte nobis debita noſtra, &c. Et de pęnitentia itidem ſecundum Sacros Canones: quia vero, &c. Si Iudas tenuiſſet illud ad quod vocatur fuit, nullo modo, ad eum, vel ſua præterita, vel parentum iniquitas peruenisset: quia ergo non tenuit adoptionem in Dei familia: ſed iniquitates vetuſti generis potius elegit, & rediit parentum iniquitas in conſpectu Domini; vt in eo etiam ipſa iniquitas puniretur, &c. Qua propter ad rem docet Diuus Apoſt. non enim vocauit nos Deus in immunditiam: ſed in Sanctificationem in Ieſu Chriſto, &c. Tu ergo es refugium meum, &c. Et exultatio mea. Cauſa ſiue ratio humanæ

Pſal. 7.

Tom pag. 5.3 Sen. d. 19. ar. 1. & 2. Et Franciſcus a 10. Luſiti 3. Sin. d. 19. q. 1.

De Pęnit. d. 1.

De Pęnit. actiones

1. Cor. c. 11.

Pęnitentiæ diffinitio d. 4.

Ad Effeſ. cap. 4

Tertia ratio.

humanæ exultationis noſtræ eſt teſtimonium, ideſt mandatum Dei, quod quidem forſan dicitur teſtimoniũ Dei:
Pſal. 18. quia fideliter teſtatur diuinam voluntatem iuxta illud S. Proph. teſtimonium Dei fidele, ſapientiam præſtans paruulis, ideſt ſapientiam fidei humilibus. Nam idem
Pſal. 118. S. Proph. dicit, hac hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt, &c. Vbi Iacobus noſter Valentinus ſic gloſat: quia exulto, & lætor in poſſidendo intelligẽtiam ſacræ Scripturæ, ſiue legis, ac ſi poſſiderem magnum Theſaurum inuentum in agro, quia non ſolum lætor in poſſidendo eundem Theſaurum
Simile Sacræ Scripturæ in ſciendo, ſed opere complendo. Ob id meritò exultatio cordis mei ſunt, ſuple teſtimonia. Quarta ratio, & cauſa exultationis humanæ, ſiue noſtræ eſt diuina vocatio, & inuitatio ad exultandum. Vocat enim nos Deus, ſiue inuitat per S. Proph. ſuum dicentem venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro, &c. Nam, cum quis vocatur, & inuitatur ad aliquid dignum agendum vocationem, & inuitationem acceptare
Simile ſolet ne inurbanus videatur, & habeatur, &c. Ita ſuo modo, & multo magis nos inuitati, & vocati à Domino Deo, &c. Nobiles enim æquites inuitati, atque vocati à principibus ſuis. Ad dies feſtos agendos, non recuſant,
Pſal. 117. &c. Ita Deus ſummus, ac immortalis Rex æternus dul-
Pſal. 105. cius, ac ſuauius ad idem agendum hylari fronte nos vocat per S. Proph. ſuum dicentem. Hæc dies quam fecit Dominus exultemus, ac lætemur in ea, &c. Et alibi, & ſacrificent ſacrificium laudis. Et annuncient opera eius in exultatione, &c. Cauſa, & ratio quinta exultationis humanæ eſt: quia quotieſcunque introire volemus ad diuinum conſpectum, ſemper exultare debemus iuxta illud, introite in conſpectu eius in exultatione; vbi D. P. Aug. ſic habet, & gloſat, facilis eſt foris exultare in conſpectu Dei exulta: non valde lingua exultat; ſed cõſcientia exultet. Et Iacobus noſter Valentinus, ibidem dicit, introite, &c. Eccleſiam vbi Deus eſt, & contemplatur, & habitat tamquã in proprio tabernaculo ſibi ad ſacrificandum deputato, & hoc facite in exultatione, & animi

Quarta ratio. Pſal. 94. Simile — Quinta ratio. Pſal. 99.

deuo-

deuotione, & hoc non ſine rationabili cauſa, cum dicat S. Proph. in velamento alarum tuarum exultabo. Vbi D. P. Aug. & Iacobus noſter Valentinus concorditer dicũt in velamento diuinæ protectionis, & miſericordiæ exultandum eſſe. Vnde non ab re idem S. Proph. dicit, exultate in conſpectu eius, &c. B. itaq; V. Maria hæc omnia ſubtiliter perpendens, iuſtis de cauſis, exultare debuit, & exultauit Spiritus meus, &c. S. autem Proph. alibi ſic docuit, qui ſeminant in lachrimis: in exultatione metẽt, ipſa itaq; debuit ſeminare in lachrimis tempore filij ſui paſsionis; vt in exultatione meteret poſt paſsionem, & reſurrectionem, &c. Secundo loco ſupereſt breuiter percurrere, & videre effectum exultationis, quæ, vt cauſa, ſemper reſpicit ſuum effectum. Nam ſecundum Paulum noſtrum Venetum lib. 2. de generatione cauſarum genus duplex eſt, voluntarium, & naturale. Exultatio igitur reſpicit ſuum effectum potius voluntariè, quam naturaliter. Primus itaq; & principalis effectus bonæ exultationis humanæ eſt, & erit conſecutio cæleſtis beatitudinis, quæ eſt finis humanæ ſpeciei ſecundum eundem Paulum Venetum eodem lib. de mente Philoſophi in Ethicis, & B. Aegidius noſter Rom. verbo exultabimus, & lætabimur in te; oſtendit ſponſam bonum, quod optabat eſſe adeptam: quoniam ſecundum modum intelligendi prius perficimur ſecundum diuinam gratiam, & poſtea perfecti ſecundum eamdem gratiam, adipiſcimur ipſum ad quem gratia nos ordinat. Ideo introducit per gratiam in ſpiritualem lætitiam exultabimus, & lætabimur in te. Exultare enim eſt valde pie lætari, ſecundum Ambroſium noſtrum Calepinum in ſuo Dictionario. Sequitur ibidẽ B. Aegid. Rom. docens, omnes homines naturaliter beatitudinem appetere diuerſimode tamen in particulari: quia quidam ponunt fęlicitatem in venereis, quidam in diuitijs, & quidam in honoribus, & ſic de ſingulis, in quibus non eſt vera beatitudo: quia non delectantur in ſummo, & verò bono, &c. De quo Diuinus ille Plato lib. de ſtudio lucrandi. Omnes homines bonum appetunt. Bonum autem duplex, vnum finis ad finem

Pſal. 60.
Pſal. 67.
Pſal. 125.
Secundæ propoſitio.
Tex. 64.
Tex. 96. q. vlt.
Cant. 1.
Littera B.
Lib. 1.

alterium, illud propter ſe ipſum hoc propter aliud expetendum, illo fruimur, hoc vtimur, &c. Et in conuiuio
Orat. 4. cap. 6. ſuo amoris, quod ergo nos Cælo reſtituit, non Dei cognitio eſt, ſupple tantum: ſed amor. Diſcumbentium præterea ordo in menſa Cæleſti, diuerſos ſequitur amantium gradus. Vnde ad rem B. Aegidius Rom. in Epiſt.
Cap. 8. ad Rom. Verbo, debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus, &c. Et ſecundum Gloſam notat, quod tota Trinitas vnus Deus eſt quoddam ſummum bonum anima verò, & magnum bonum, ſed non ſummum bonum; caro autem, nec eſt ſummum bonum, nec
Triplex bonum. magnum; ſed parum bonum. Anima ergo eſt inter ſummum bonum, & parum bonum: qui eſt inter Deum, & carnem cum ſit inferior Deo, & ſuperior carni, &c. Meritò itaque exultabimus, & lætabimur in te; idcirco non
Pſal. 99. abre dicitur. Introite in conſpectu Domini in exulta-
Pſal. 117. tione, &c. Quia vox exultationis in tabernaculis iuſto-
Pſal. 89. rum, & alibi repleti enim ſumus manè miſericordia tua exultauimus, & delectati ſumus. Vbi Caſsiodorus ſic habet. Vir Sanctus nempe, Proph. Chriſti Domini præuidebat aduentum, & neceſſe fuit, vt Cor eius exulta-
Prola ret in laude, & delectaretur in contemplatione omnibus diebus vitæ ſuæ, &c. Sic multò magis Beata Virgo Maria dicere enim ſolemus, ex abundantia cordis, os loqui. Hinc ad rem poſt cordis exulationem neceſſe fuit ſequi oris exultationem. Quamobrem dicit San-
Pſal. 70 Pſal. 106. ctus Propheta exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima, quia quam redemiſti ne inanis, & vacua eſſet iuxta illud animam inanem ſatiauit bonis, vbi Caſsiadorus dicit, tunc inanis eſt anima: quando peruerſitatibus occupata ad Creatorem ſuum ſe reuerti nulla feſtinatione feſtinat. Quod quidem minimè verificari poteſt
Pſal. 83. de Beata Virgine Maria, & de cæteris caris Dei amicis, qui meritò dicunt, cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum, & etiam aliquando mortuum, & poſtea ſuſcitatum nempe Dominum Ieſum Chriſtum. Exultatio ergo viæ, eſt cauſa exultationis patriæ; exultabimus, & lætabimur in te. Cauſæ enim ſunt ſibi inuicem cauſa,

ſecundum

ſecundum Philoſophum, vt labor, eſt cauſa ſanitatis, & è conuerſo, & deābulatio eſt cauſa ſanitatis, & è conuerſo. Sicut etiam egregie exponunt ibidem B. Aegidius noſter Rom. & Paulus Venetus. Sic ad rem Sanctus Prophetas dicebat, fundatur exultatione vniuerſæ terræ Mons, latera Aquilonis, Ciuitas regis magni, & ſic concludendum eſt cum eodem Sanctus Prophetas dicente; qui ſeminant in lachrimis: in exultatione metent. Ex eo, quia concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas: exultatio ergo plana viæ eſt cauſa iuſtificationis, & adoptionis plenæ, ac perfectè exultationis dependenter, ſiue originaliter Patriæ. Quo autem ad tertium propoſitum, nempe exultationis finem, de quo ſine Beatus Aegidius noſter Rom. dicit triplici poſſe haberi conſideratione, ſcilicet apprehenſione, in intentione, & in executione, &c. Ita de exultationis fine dicendum eſt. Primo apprehendere, ideſt cognoſcere. Secundo intendere. Tertio exequi: ad quæ rectè reſpiciebat communis Redemptor noſter dicens, gaudete, & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cælis. Vnde Caſsiadorus verſ. exultabo, &c. Dicit, exultare eſt cum magna animi alacritate gaudere: lætari eſt temperata menti affectione mulieri. Propoſito itaq; obiecto, & præmio omnes exultare ſolent, &c. Et exultauit Spiritus, &c. Qua de re Beatus Iordanus noſter de Saxonia lib Serm. de Sanctis exponens Apoc. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo: quia venerunt nuptiæ Agni, dicit tripliciter attolitur, & eximiè commendatur myſterium diuinæ iucarnationis, & primo, vt gaudioſum propter Diuinam clementiam noſtram ſalutem delectabiliter operantem. Secundo, vt glorioſum propter diuinæ perſonæ excellentiam, noſtram naturam ſingulariter ſublimantem. Tertio, vt fructuoſum propter bonorum omnium affluentiam mentem rationalem pulchri formiter adornantem, &c. En finis optimus propter quem Beata Virgine dicit, & exultauit iſta ergo bonorum omnium affluentia idem ſonat,

lib. 1 Phiſ. tex. 30.
Pſal. 47.
Pſal. 125.
Pſal. 118.
Tertium propoſitū
1. Sen. d. 40 q. 1. Art. 2.
Matth. cap. 5.
Pſal. 30.
Simile
Serm. 44. Cap. 19.
Serm. R. omnium SS. p. 3.

Lib. 5. de conſola- tione. quod merces copioſa, gaudete ergo, & exultate, ad rem Beatus Albertus noſter Patauinus de mente D. Boetij dicentis, beatitudinem eſſe ſtatum bonorum omnium aggregatione perfectum, dicit, ſtatum ratione permanentiæ, & ſtabilitatis dicit bonorum omnium, &c. Ratione inſeparabilitatis, & conuenientiæ, dicit perfectum, ratione durationis, & indeficientiæ, &c. Et exultauit, &c. Idem docet Euangeliſta Boſius noſter Patauinus de mente Diui Dioniſij de Cœlesti Hyerarchia cap. 3. Meritò ergo B. Virgo Maria gaudens exultauit, &c. Et præcipuè ratione finis apprehenſi, qui (ſecundum Paulum noſtrum Venetum (nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem. Beatitudo autem proculdubio eſt finis omnium, & ſic cæteris eſt nobilior, &c. Gaudete ergo, & exultate: quoniam merces veſtra copioſa eſt in Cœlis, &c. Auguſtinus noſter Viuus Neapolitanus lib. 2. ſui ſtudij veræ ſapientiæ dicit, ſemel poſsidens beatitudinem ſemper poſsidet, iuxta illud, Maria optimam partem elegit, quę non auferetur ab ea in ęternum, &c. Et Beatus Thomas noſter de Villa noua in expoſitione cantici canticorum, verbo, nardus mea dedit, &c. Dicit, Sanctos in hac vita Beatitudinis odorem percipere, &c. Sic Beata Virgo, & exultauit, &c. Sanctus autem Propheta dicit, lætatur Iſrael in eo, qui fecit eum, filij Sion exultent in Rege ſuo; ita multò magis, mater eiuſdem. Regis, & cætera. De quo Rege certè intelligendum eſt illud Sancti Prophetæ. Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia, & parum infra eodem Pſal. Beatus populus qui ſcit iubilationem: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iuſtitia tua exaltabuntur. Ratio præcipua forſan eſt: quoniam gloria virtutis eorum tu es, &c. Vbi D. P. Auguſtinus ſic habet. Thabor interprętatur ſuperueniens lumen de quo dicitur erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et per participationem vos eſtis lux mundi, & Hermon inter-

Marginalia: 1. Theor. p. 8. ad 4 2. Phyſic. Tex. 31. 2. notādo. — Cap. 31. — Lucæ 1. — Cap. 5. — Pſal. 149. — Pſal. 88. — Ioa. c. 1. Matth. cap. 5.

interpretatur anathema eius, meritò venit lumen, & factum eſt Anathema eius, cuius niſi Diaboli vulnerati ſuperbi? exultabunt in nomine tuo, non immeritis ſuis. Domine in nomine tuo, &c. Tota die, ſi volunt tota die in nomine tuo, ſin autem in nomine ſuo, non tota die exultabunt, &c. De hac autem exultatione Sanctus Iſaias in ſuo Cantico dicit, exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui Sanctus Iſrael, & Anna Propheteſſa idem docuit in ſuo Cantico dicens exultauit cor meum in Domino, & exultatum eſt Cor meum in Deo, vbi Iacobus noſter Valentinus ſic habet, & docet, Cor meum ex magno gaudio interiori exultauit ad dextra mouendi oſtendendo geſtum in corpore, quæ quidem exultatio tota fuit in Domino Deo, à quo cuncta procedūt dona. Hæc omnia certè adſunt in præſenti exultatione: ſed quanto magis erunt in exultatione perfecta patriæ, in qua ſecundum Nicolaum Barianum noſtrum Placentinum lib. ſuorum Sermonum Quadrageſimalium de mente Diui Patris Auguſtini lib de Beata vita, quæ dicitur, Conuiuium. Beatus habet quidquid vult, & nihil mali vult. Meritò itaq; Beata Virgo Maria in via exultauit, vt fœlicius exultaret in Patria ſic, & nos ad eiuſdem, & exemplū auxilium. Vnde D. P. Aug. dicit, quibus reuerenda eſt Iudicis iuſtitia dulcis eſt ſalutaris miſericordia. Ob id exultauit Spiritus meus, &c. Vnus, & idem Spiritus ad ſe ipſum dicitur Spiritus, & ad corpus comparatus dicitur anima. Beatus autem Simon noſter de Calcia, verbo exultauit, &c. Exultauit Spiritus Virginis: quia in ea ſuperuenit Spiritus Sanctus, qui docuit eamdem, fæcundauit, & intactam ſeruauit, &c. Beatus Auguſtinus noſter Anconitanus ſuper Magnificat dicit, iſta exultatio Mariæ fuit, vocalis, ſpiritualis, & ſalutaris, &c. Bernardinus Buſtus eodem verſ. Iuxta illud Diui Apoſtoli ad Galat. cap. 4. Verbo gaudete in Domino ſemper, iterum dico, gaudete, &c. Exultatio hæc in Deo eſt contra diaboli exultationem, Prouerbio cap. 2. Lętantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſsimis,

Cap. 12.

1. Reg. cap. 2.

2 Sabatho Quadrag.

Tom. 9. circa fine

Lib 1. de religione Chriſtiana cap. 14

2. Corda

In ſuo ma rial 6. p. Ser. 2. de viſitatione.

Cap. 21. & Iob de eiuſdem dicit, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto deſcendunt ad inferna, &c. Non autem ſic Beata Virgo Maria exultauit, ſed in Deo ſalutari, &c. Vtinam tandem nos cum ipſa in hac miſerabili vita exultemus, vt poſtea, eiuſdem meritis, ac interceſsione cum eadem æternaliter exultemus in gloria. Amen.

LECTIO QVARTA

VERS.

QVIA RESPEXIT HVMILITATEM, ET CAETERA.

In qua agitur de humilitatis origine de quidditate, & de fructu eiuſdem.

VVLGO, & ſi dicamus, laudem in ore Prou.
proprio ſordeſcere propter ſe ipſum lau
dantem vanitatem: attamen aliquando
quis veritate motus tempore, & loco,
vlla abſq; vanitate, licitè proprias mo-
deſte referre, vel prædicare poteſt lau-
des, præcipuè, cum principaliter in di-
uinum redundat honorem, exemplum, & doctrinam ha-
bemus claram à communi Redemptore noſtro dicente,
quis ex vobis arguet me de peccato? & alibi exemplum Ioa. cap.
dedi vobis, vt quæmadmodum ego feci ita, & vos facia- 8.
tis, &c. Qua de re S. Proph. rationabiliter dicebat, Deus Ioa. cap. 13.
laudem meam ne tacueris; quis os peccatoris, & os do- Pſal. 108.
loſi, ſuper me apertum eſt: Rectè itaq; quilibet (ſuppo-
ſito prius diuino honore) quærere, ac curare poteſt pro-
prium

Prou. prium honorem, atque laudem, ſeruata etiam debita humilitatis ratione. Adagio enim dicitur, vbi quis ſe eleuare non poteſt ſe humiliare debet per veram, & realem humilitatis figuram. Hinc idem S. Proph. dicit, priuſq;
Pſal. 118. humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. Vbi D P. Auguſtinus ſic habet, priuſque, &c. Inquit ego deliqui propter verbum tuum, vel ſicut alij expreſſius habent propterea eloquium tuum cuſtodiui, vtiq; ne ſurſum humiliarer. Quod ad illam humiliationem melius refertur, quæ facta eſt in Adam; quo omnis humana creatura tanquam in radice vitiata eſt. Quoniam veritati ſubiecta eſſe noluit, ſubiecta eſt vanitati. Quod vaſis miſericordiæ profluit experiri, vt deiecta, & deleta ſuperbia, diligatur obedientia (ſupple mediãte humilitate, &c.) & pereat nõ redituro miſeria. Iac. noſter itidẽ, quaſi idẽ docens dicẽs: quia mãdatis tuis credidi, &c. Da mihi charitatẽ, & diſciplinã: vt ſeruẽ mãdata tua: quia eis credere intendo. Nam talia mandata, & præcepta data ſunt mihi ad cohibendum peccatum. Nam priuſq; humiliarer, ideſt punirer, ego deliqui tua præcepta traſgredendo: propterea eloquium tuum cuſtodiui, ideſt cuſtodire intendo ne iterum incidam in talem ſententiam. Quo circa, parum infra, ſequetur idem Proph. dicens, bonum: quia humiliaſti me, vt diſcã iuſtificationes tuas. Vbi Iacobus noſter Valentinus inquit, bonum ergo mihi; qua humiliaſti ad credendum, vt diſcam iuſtificationes tuas, & Euangelicas operationes quas vtique optimè didicit, B V. Maria Domini noſtri vera mater. Ob id rectè à longè à quacunque vanitate dicit in hac præſenti lectione: quia reſpexit humilitatem, & Sancti
Pſal. 118. Similе Prophetæ Regulam ad vnguem obſeruans, dicentis vide humilitatem meam, & eripe me, &c. Quæ enim nobis ſunt amica, & grata libenti animo reſpicere ſolemus, ſic Deus ſuo modo in Maria Virgine, electa matre libenter reſpexit humilitatem, quod proprio ipſa confitetur dicens, quia reſpexit, &c. Idcirco iure optimo Bartholomeus noſter Vrbinas in milleloquio D. P. Auguſtin ver. humilitas, de mente eiuſdem D. P. Auguſtinini ſa-

per Ioa. tract. 6. dicit, Doctor humilitatis venit facere voluntatem eius, qui miſit eum, veniamus ergo, & nos ad eum, nec faciamus voluntatem noſtram: ſed voluntatem Dei, & ex Ser. de tempore 175. vtilis eſt humilitas, quia Deum nobis inclinat, &c. Patet igitur qualiter humilitas Virginis Deum ſibi inclinauerit, &c. Recta igitur laus in ore B. Virg. minimè ſordeſcit. Tria itaq; in hac præſenti lectione de more noſtro declaranda proponuntur. Quorum primum eſt, de Origine. Secũdum de qoidditate. Tertium de humilitatis fructu. Quo autem ad primum declarandum, antequam vlterius procedatur, aduertendum eſt, duplicem eſſe humilitatem, ſecundum Caſsiodorum verſ. Suſcepit eos, &c. Vitalem quæ erigit, & coactam, quæ deigit, vel aliter, ſecundum eundem eodem pſal. verſ. humiliatum eſt cor eorum in laboribus, qui in proſperitatibus ſuperbi exiſtunt, in tribulationibus humiles redduntur. Sermo noſter non eſt de ſecundis humilitatis generibus: ſed de illa, quæ dicitur virtuoſa ſiue vitalis. Vlterius conſiderandum eſt aliud S. Prophetæ dictum Myſterioſum. Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte perijſſem in humilitate mea. Ex quo ſequitur, quod humilitas ſit ratio, & cauſa perditionis, ſiue damnationis, &c. D. P. Auguſtinus ibidẽ ſic declarat, niſi quod lex tua, &c. Iſta eſt lex fidei, non inanis fidei: ſed quæ per dilectionem operatur. Per hãc gratiã impetratur, quæ fortes facit in fide, ſiue in tribulatione temporali, ne pereant in humilitate mortali. Sic etiam Iacobus noſter Valentinus ibidem quaſi idem docens dicens in humilitate, ideſt in perſecutione, deiectione, & aduerſitate mea, &c. Talis eſt reſponſio, quod niſi fidei lex, & diuinum auxilium præſtaret, & fortitudinem ad ſufferendam humilitatem coactam, ideſt perſecutionem humanam, &c. Vnde ad rem S. Propheta dicit afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis, & alibi: quia perſecutus eſt inimicus animam meam, & humiliauit in terra vitam meam: & alibi humiliauerunt compedibus pedes meos, &c. Et eodem pſal. Tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum, & liberauit

Pſal. 104.

Duplex humilitas.

Pſal. 118.

Grauis dubitatio.

Solutio.

Pſal. 37.

Pſal. 142.

Pſal. 104.

Aliud humilitatis genus.

Pſal. 104.

Cap. 17.

berauit eas, clarè itaq; patet quid dicendum ſit ad motam difficultatem, ſiue quæſtionem: quia ſecunda humilitas non prima ideſt coacta perſecutio, non vitalis humilitas videtur eſſe cauſa perditionis niſi ſuccurrat diuinũ auxilium, &c. Sed pro maiori dictorum, dicendorum quæ notitia notandum eſt vlterius aliud humilitatis genus cæteris generibus valde peius, de quo eodem quo ſupra pſal. dicitur, ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio, & humilitati ſunt, ideſt viles facti ſunt in iniquitatibus ſuis. Hæc ergo humilitas dicitur peccatorum vilitas, maximaque turpitudo apud Deum, & homines. Vnde ad rem D. Hieremias dicit peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt, omnes qui glorificabant eam ſpreuerunt illam: quia viderunt ignominiam eius. Et parum infra Hieruſalem rogat Dominum dicẽs, vide Domine, & conſidera quoniam facta ſum vilis. Hãc autem humilitatem, ſiue vilitatem non reſpicit Deus, niſi vt puniat, niſique vera debeatur pęnitentia. Idcirco Spiritus Sanctus rectè omnes admonet peccatores dicens vultus Domini ſuper facientes mala; vt perdat de terra memoriam eorum. Præterea B. Iordanus noſter de Saxonia lib. Ser. ſuorum de Sanctis, Ser. 3. de D. Paulo primo Eremita, vitalis humilitatis tres aſsignat, & docet gradus ſecundum Gloſam, quorum primus eſt ſubdere ſe maiori, & non præferre ſe ęquali, & hæc vocatur ſufficiens: quia ad ſalutem ſufficit aliquem ſic ſe humiliari, & iſte gradus omni iuſto eſt neceſſarius. Secundus gradus eſt ſubdere ſe æquali, & non præferre ſe inferiori, & hic gradus dicitur abundans. Tertius gradus eſt ſubdere ſe, ſiue ſubeſſe minori, in quo eſt omnis iuſtitia. Hunc verè gradum adimpleuit, ſiue impleuit Chriſtus, & nos implere debemus. Alias eſſemus, vel erimus monſtruum in natura magnum: quia magnum corpus ſub paruo capite, nos tremidi, ideſt ſuperbi (ſupple) eſſemus ſub Chriſto humili capite; & ſic mõſtruum magnum videretur B. aũt V. M. procul dubio ſimilis fuit filio, idq; ſibi conueniebat modo perfectiſsimo, ſeruato tamen perfectionis ordine, ac ſtatu vtriq; congruente. Tunc enim vnumquodque

[Margin notes: Pſal. 104. — Pſal. 33. — Serm. 62. — Tres humilitatis gradus — Magnum monſtrũ ſuperbia humana.]

perfe-

perfectum eſt, cum poteſt ſibi ſimile generare, vt docet Philoſophus, ſic etiam rectificant ibidem B. Aegidius noſter Rom. B. Alphonſus noſter Tholetanus, ignis ignem generat, & Paulus noſter Venetus in expoſitione eiuſdẽ textus. Ideò rationabiliter ipſa B. V. Maria dixit; quia reſpexit humilitatem Ancillæ ſuæ, &c. Eſt enim propriũ Dei munus humilitatem reſpicere eiuſdemque amatóres. Nam S. Propheta ad rem dicit, quoniam reſpexit humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam, & alibi reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit præces eorum, & alibi quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longè cognouit, & alibi quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cęlo, & in terra. His ſic dictis, ſupereſt, vt ad principale intentum redeamus, ac declaremus eiuſdem vitalis humilitatis originem, primo loco propoſita, &c. Humilitas ergo abſque dubio originem trahit, & habet à Deo opt. ſecundum D. Iacobum Apoſt. in Epiſt. ſua dicentem, omne datum optimum, & omne donum perfectũ de ſurſum eſt deſcendens à Patre luminum: & ſecundum D. Apoſt. Paulum dicentem, O homo quid habes, quod non accepiſti? ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperiſ; & Sanctus Proph. dicit, Dominus virtutum nobiſcum ſuſceptor noſter: & alibi, Dominus virtutum ipſe eſt Rex gloriæ, & S. Mater Eccleſia in quadam collectà ſua, Deus à quo cuncta bona procedũt, &c. Cum itaq; vitalis humilitas ſit virtus ne dum bona: ſed etiam optima: Ergo à Deo eſt à quo cætera procedunt bona. Vnde D. Petrus Chriſologus dicit, Chriſtus venit ſuſcipere noſtras infirmitates, & ſuas nobis conferre virtutes, quæ proculdubio ab ipſo Domino Ieſu Chriſto originantur, vt lux à Sole, color ab igne, linea à puncto, diſciplina à magiſtro, nec non, vt effectus a cauſa principali. Cum igitur humilitas ſit virtus maxima, ergo eſt ab ipſo. Quamobrem ipſe Saluator noſter dixit, confiteor tibi Pater Domine Cæli, & terræ: quia hæc abſcondiſti à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, ideſt humilibus, & parum infra eodem loco dicit, omnia tradita ſunt

Lib. 2. de anima tex. 34. q. 3. ar. 1.
Pſal. 30.
Pſal. 101.
Pſal. 137.
Pſal. 112.
Cap. 1.
1. Cor. cap. 4.
Pſal. 45.
Pſal. 23.
Dom. 5. Paſchatæ Reſurrectionis.
Hom. 150.
Simile pulchra.
Matt. 11.

ta ſunt mihi à Patre meo, & tandem eodem loco dicit tol lite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me: quia mitis ſum, & humilis corde, de qua humilitate idem Saluator noſter alibi, aperiens os ſuum docebat eos dicens, Beati pauperes Spiritu, ideſt humiles, ſecundum Gloſam D. P. Auguſtini ibidem. Hinc D. Apoſtolus dicit, Fratres: obſecro vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. Et D. Petrus Apoſt. in Epiſt. ſua prima humiliamini ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis ſuæ, &c. Nam D. Apoſtolus ad Gal. Sic habet, quæ ſeminauerit homo, hæc, & metet. Quaſi dicere voluerit ſi ſemen humilitatis, cæterarumque virtutum homo ſeminauerit in hac præſenti mortali vita, fructum humilitatis aliarumque virtutum colliget in altera; ita euenit Beatæ Mariæ Virginis, cuius Dominus humilitatem reſpexit: quia reſpexit, &c. Hortolanus, ſiue viridarij cuſtos libenter in viridario ſuo reſpicere ſolet arborem optimus fructibus ornatam à ſe ipſo plantatam; ita ſuo modo Deus in Eccleſiæ ſuæ viridario plantauerat fructuoſam arborem Beatæ Mariæ Virginis perſonam humilitatis prætioſiſsimo fructu ornatam, vnde D. Lucas dicit, benedictus fructus ventris tui, ſicque libenti animo eamdem reſpicit, &c. Hinc alias Magdalenæ in Hortolani habitu apparuit, &c. Quia reſpexit, &c. Regula certa conſequendi humilitatem diſpoſitiuè traditur à S. Proph. dicente, humiliaban in Ieiunio animam meã. Secunda regula, in veritate tua humiliaſti me. Tertia regula, humiliata eſt in puluere anima noſtra, &c. Quarta regula, perſcribitur ſiue aſsignatur à Domino Ieſu Chriſto ſub capitali pœna dicente, & exemplum afferente de puero, & aduocans Ieſum paruulum, & ſtatuit eum in medio Apoſt. & dixit, Amen Amen dico vobis niſi conuerſi fueritis, & efficiamini, ſicut paruuli, non intrabitis in Regnum Cælorum. En capitalis pœna. Quicunque ergo humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic maior eſt in regno Cælorum. Hinc S. Proph. ad rem optimè dixit, humiliatus

Math. cap 5. Ad Eph. C. 4. Cap. 5. Gap. 6. Simile. Simile Lucæ c. 1. Ioa. cap. 20. Pſal 34. Pſal. 118 Pſal. 43. Matth. cap. 18 Pſal. 114.

miliatus ſum,& liberauit me, & alibi humiliatus ſum vſ- Pſal. 118.
quequaque, ideſt omnibus modis, quia reſpexit,&c Hu- Pſal. 50.
militas vera in nobis reperiri, & eſſe debet in quatuor Pſal. 101.
partibus. Primo in corde; Cor contritum, & humilia- Pſal. 34.
tum Deus non deſpicies. Secundo in lingua. Reſpexit Pſal. 24.
in orationem humilium, & non ſpreuit præces eorum. Pſal. 118.
Tertio in anima. Humiliatam in ieiunio animam meā. Ad Collos
Quarto in tota creatura, ſiue in toto homine,& vita, vi- cap. 3.
de humilitatem meam,& laborem meum & dimitte vni- P. 2. c. 2.
uerſa delicta, & alibi bonum mihi: quia humiliaſti me,
&c. Ibi me totum dicit, & reſpicit hominem, & ad rem
D. Apoſt. Fratres: induite vos ſicut electi Dei Sancti, &
dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem,
modeſtiam, patientiam: ſupportantes inuicem,&c Quia
reſpexit,&c. Laurentius autem noſter Rauennas in ſuo
Synai monte exponens eadem B. M. Virg verba dicit,
B. Mariam narraſſe Eliſabeth omnes ſuas magnitudines,
ſiue excellentias ſibi ab omnipotente Deo datas,& con-
ceſſas mediante ſua humilitate: quia reſpexit, &c. Et
idem Laurentius eodem loco ſecundum alios interpre-
tes dicit, reſpexit humilitatem, ideſt nihilitatem ancillæ
ſuæ, &c. Quaſi B. V. Maria propter humilitatem arbi-
trata ſe fuerit tanquam nihil, &c. Et hæc quo ad primum Secundū
propoſitum, quo verò ad ſecundum propoſitum de humi propoſitū
litatis quidditate dicendum eſt primo, quod duplex eſt
quidditas, quidditas eſſentialis prima,& ſimilitudinaria
ſecunda. Secundum quidditatem nulli dubium eſt Quod
humiltas eſt virtus moralis, vt docet,& tangit D. Thomas
moderans, & referans appetitum humanum, & animi Prima diffinitio.
paſsiones,&c. Quo verò ad aliam diffinitionem ſimili- 2. 2. q. 61
tudinariam, multæ ſunt huius generis diffinitiones, ſiue art. 5. ad
quidditates eiuſdem humilitatis. Nam D. P. Aug de primum.
verbis Domini ſecundum Matth. cap. 11. Verbo confi Ser. 10.
teor tibi pater Domine Cæli,& terræ,&c. Colligit,& de- Simile.
clarat humilitatem Chriſtianam eſſe fundamentum Spi- 2. 2. queſt
ritualis ædificij dicens, magnus eſſe vis à minimo incipe. 161. ar. 5
Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? de ad ſecundum.
fundamento prius cogita humilitatis. Et Diuus Tho- Secunda diffinitio.

mas

mas fere idem docet dicens, ornatam virtutum congre-
gationem per quandam ſimilitudinem ædificio compa-
rari, ſic humilitatis fundamentum, itaq; primum in acqui
ſitione virtutum fundamento comparatur, quod primo
in ædificio iacitur. Virtutes autem verę à Deo infun-
duntur. Vnde primum in acquiſitione virtutum poteſt
accipi, ſiue conſiderari dupliciter vno quidem modo per
modum remouentis prohibens; ſic humiltas tenit pri-
mum locum, in quanto remouet, & expellit ſuperbiam,
cui Deus reſiſtit, & præbet hominem. Subditum ad ſu-
ſcipiendum influxum diuinæ gratiæ, & euacuat inflatio-
nem ſuperbiæ, ſuperbis enim Deus reſiſtit, ſecundum D.
Cap. 4. Iacobum Apoſtolum in Epiſt. ſua vt etiam refert An-
gelus noſter Carezzanus Derthonenſis in ſuo libello de
modo benè ſeruiendi Sanctæ Miſſæ Sacrificio, & hoc mo
do humilitas dicitur Spiritualis ædificij fundamentum,
alio modo eſt aliquid primum directè in virtutibus per
Ad Hebr. quod ad Deum acceditur. Primus autem acceſſus ad
Cap. 11. Deum eſt fides, &c. Accedentem ad Deum oportet cre-
Pſal 95. dere inquit Diuus Apoſt. D. P. Aug. aliam aſsignat, &
Tertia diffinitio. docet diffinitionem humilitatis virtualis, ſeu vitalis, verſ.
tollite hoſtias, &c. Ex pſal. 50. Cor contritum, &c. Cum
humili corde intra in Domum Dei, & hoſtia intraſti hu-
Serm. 70. militas ergo eſt hoſtia Deo pergrata, &c. Idem D. P. Au-
Quarta diffinitio. guſtinus ad Fratres in Heremo docet aliam Methapho-
ricam deffinitionem humilitatis dicens, in ſummo ho-
nore, ſumma tibi ſit humilitas. Honoris enim laus eſt
humilitatis virtus. hāc certè regulam optimè ſecuta fuit
B. V. Maria in ſummo Dei maternitatis; & virginitatis
honore: quia reſpexit, &c. Ob id eandem Deus reſpe-
Pſal. 100. xit tanquam fidelem humilem iuxta illud oculi mei ad
Pſal. 33. fideles terræ, & alibi oculi Domini ſuper iuſtos, &c. Ipſa
Prou. cap 16. autem fidelis iuxta, humilis, nec non ſapiens fuit. Lucæ
Et Eccleſ. cap. 3. cap. 1. Beata quæ credidiſti: quoniam perficientur in te
quæ dicta ſunt tibi à Domino, & vbi humilitas, ibi ſapien
Quinta diffinitio. tia, &c. Idem D. P. Auguſtinus aliam aſsignat diffinitio-
Cap. 41. nem methaphoricam, de verbis Domini ſecundum Ioan
nem dicens, humilitatem eſſe tremoris, id eſt ſuperbiæ

medici-

medicinam, vel aliter, viam per quam ad cælum ambulare bebemus hinc Diuus P. Auguſtinus ad Fratres in Hę remo dicit, humilitatis paſsibus ad cæli culmina conſcenditur. Idcirco idem Diuus P. Auguſtinus de Verbo Domini ſecundum Ioannem, quærens cauſam celſitudinis appetitus dicit, quid quæris cælſiorem locum appetitu cælſitudinis: quem potes apprehendere intentione humilitatis. Si enim extollis te, Deus deijcit te, ſi tu deijcis te Deus eleuat te, & eodem Ser. Parum infra ſequitur dicens magnum bonum eſſe humilitatem. B. autem Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam cap. 1. Verbo, ecce Ancilla Domini, &c. Docet aliam diffinitionē dicens, humilitatem eſſe Virginis decorem. Nam purum ſupra dictum eſt humilitatem eſſe magnum bonum. Logicę nāque bonum, & pulchrum conuertuntur. Idem B. Albertus Patauinus noſter ſuper Lucam cap. 14. Verbo omnis qui ſe exaltat humiliabitur, &c. Quaſi dicere implicite velit humilitatem eſſe arborem quatuor ramos habentem. Nam primus ramus eſt ſpernere mundum, ſecundus ramus eſt ſpernere nullum, tertius ramus eſt ſpernere, ſe ſe, quartus ramus eſt ſpernere ſe ſperni. Nulla enim virtus digna eſt exaltari niſi ſola humilitas, &c. B. Aegidius noſter Rom. lib. ſuo de Regimine Principum, appellat, & deffinit humilitatem eſſe virtutem moralem retrahentem à magnis honoribus, & moderantem humanas paſsiones, & mediocrius honoris amaticuram. Ex quarto Ethicorum capite 4. Sic etiam ſecundum Stephanum noſtrum Maginum Corinaldenſem libello ſuo manu ſcripto diuerſorum opuſculorum cap. de humilitatis laudibus, humilitas eſt quoddam ſpirituale frenū iuxta illud In Camo, & freno maxillas eorum conſtringe, eorum ideſt ſuperborum, de quibus S. Proph. alibi dicebat, multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum, contra quos alibi exclamans dicit, redde retributionem ſuperbis, B. Thomas noſter de Villa noua in Concione D. Martini expreſſe docet humilitatem eſſe pacis, & trāquillitatis matrem, omniumque virtutum parentem, & ferè idē docuit Caſſiadorus verſ. Increpaſti ſuperbos, &c. dicens

Ser. 40. Ser. 18. Sexta diffinitio Septima diffinitio. Feria 4. quattuor Temp. Aduentū Regula Logicalis Dom. 16. poſt Pent. Octaua diffinitio. Quatuor humilitatis rami. lib. 1. p. 2 cap. 25. Nona diffinitio. cap. 12. pſal. 31. pſal. 18. lib. cōcio. Decima diffinitio Pſal. 118. 11. difini. lib. ac. 12

dicens, humilitatem in vita eſſe omnium virtutum pacē, & Iacobus noſter Valent. eod. verſ. Reſpexit humilitatē, &c. Dicit humilitatem eſſe omnium virturum radicem. Aug. Viuus Neapolitanus in ſuo veræ ſapientiæ ſtudio, docuit, humilitatem eſſe veſtem Chriſtianam mercaturam, qua humiles Cælorum regnum emunt, de mente D. Bernardi Ser. de Vigilia Natiuitatis Domini, & Matth. cap. 5. Beati pauperes Spiritus, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum, & de mente D. Apoſt. expoliantes veterem hominem, id eſt ſuperbiam, & induites nouum, id eſt humilitatem, &c. Et ſic ſimilitudinariè humilitas eſt animæ Chriſtianæ veſtis pulcherrima quam certè omnes homines, & præcipuè fideles ſe ſemper induere deberet. B. Simon noſter de Caſsia lib. ſuo de Religione Chriſtiana ſic dicit eſt enim humilitas illa prima naturę libertas, qua homo libere ſine impedimento poterat ſuperioris complere mādata iubentis. Quid libertate gratius nobis accidere poteſt iuxta illud poeticum non bene pro toto libertas venditur auro. Hic de humilitatis libertate, &c. Euangeliſta noſter Boſius Patauinus lib. ſuorum Theorematum Theologicorum exponens illud Diui Apoſt. libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt in habitet in me virtus Chriſti. i. humilitas de qua Saluator Matth. cap. 11. dicit, diſcite à me: quia mitis ſum, & humilis corde dicit, duæ namque ſunt Officinæ in quibus homines fiunt filij Dei, & filij diaboli, vna eſt humiltas Chriſti officina, altera eſt ſuperbia diaboli officina. Humiltas ergo eſt Chriſti officina, & virtus in qua Deo placeat nos ſemper inueniri. Vltimo tandem loco liceat nobis de mente Diui Apoſt. dicentis, Deus qui conſolatur humiles, conſolatus eſt, & nos. Ergo humilitas eſt virtus conſolatiua in hoc per gratiam, & in altero ſæculo per gloriam. Et hæc, quoad ſecundum propoſitum, dicta ſint. Quo autem ad tertium propoſitum de humilitatis fructu multiplici, &c. Primus ergo horum fructuum, & ipſa humilis iuſtificatio iuxta illud humilem, & pauperem iuſtificatè. Hinc idem S. Proph. alibi elegi abiectus eſſe in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccato. Secundus fru-

ctus

Marginalia: Serm. 4. Ad Eſſeſ. cap. 4. — Ad Coll. cap. 3. — 12. diffinitio. lib. 2c. 14 verſ. quia reſpexit, &c. — Theor. 11 p. p. 2. Cor. cap. 12. — 13. diffinitio. 14. diffinitio Auctoris. 2. Corin. cap. 7. — Tertium propoſitū Pſal. 81. Pſal. 83.

ctus,& præcipuus humilitatis eſt gratię acquiſitio in hoc ſæculo,& gloriæ in altero. Hinc D. Iacobus Apoſtolus in ſua Epiſt. Humilibus dat gratiæ,&c. S. Proph. Populum humilem, ſaluum facies, & oculos ſuperborum humilia-bis,& alibi,humiles Spiritu ſaluabis. Hinc B. Auguſtinus noſter Anconitanus ſuper magnificat eodem verſ. Quia reſpexit, ad mentem D. Iob cap. 13. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & idem B. Auguſtinus noſter Anconitanus lib. ſuo de Poteſt. Eccleſiaſt. de humilitate pulchra docet, vt eſt videre quæ breuitatis cauſa ommittuntur,&c. Rationabiliter itaq; B.V. Maria humillima cuius Dominus humilitatem reſpexit dicit. Ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Diuinæ,angelicæ.& humanæ,prout exponit,& docet B Iordanus noſter lib. ſuorum Serm. de Sanctis. Ex reſpectione ergo Diuina,& ex humilitate ſua ab omnibus meritò B. iudicata fuit. Sic placeat bonorum omnium largitori eamdem nobis Sanctam, ſiue vitalem concedere humilitatem,eademque propitio reſpicere oculo,vt & ipſi tempore, & loco Beati eſſe valeamus. Amen.

Cap. 4. Pſal. 17 Pſal. 33. Corda 3. Quæſtio 95 Art. 4. Ser. 159.

LECTIO

LECTIO QVINTA VERS

QVIA FECIT MIHI MAGNA; ET CAETERA.

In qua agitur de Diuina magnitudine de operum eiuſdem magnitudine, & de beneficiorum magnitudine Mariæ nobiliq; collatorum.

Prou. Matth. cap. 19. VVLGO dicitur, qui poteſt capere capiat, & eſt Domini redemptoris noſtri ſententia & additur à ſæculo qui non poteſt capere, ſinat. Hæc autē ſētētia Euāg. quatuor modis intelligi pō Primo modo ſecūdum vulgū de terrenis rebus, captis, vel capiēdis iuſtè, vel violenter, præcipuè in bello. Vnde inde vulgus dicere ſolet, qui poteſt capere capiat, & non poteſt capere, rapiat, &c. Secundo modò intelligi poteſt de regni Cælorum adoptione. Ob id idē Saluator vbi ſupra dicit multi ſe caſtrauerunt propter regnum Cælorum. Cælorum enim regnum vim patitur, & vio-

Matth. cap. 11.

& violenti rapiunt illud B. Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam Dom. Secunda Pent. verbo, exi in vias, &c. Et compelle eos, &c. Violenti rapiunt illud, idest martyres in patiendo violentiam in ſenſibus recipientes, &c. Tertio modo intelligi poteſt quo ad conuerſationem noſtram in Cælo per fidem, & cogitationem iuxta illud D. Apoſt. noſtra autem Conuerſatio in Cælis eſt; gloſat D. P. Auguſtinus concione ſecunda verſ. Mors depaſſet eos, &c. Dicens, ad eum pertinentes paſtorem, mortem habent. Nos autem qui de futura vita, ſiue immortalitate cogitamus, & non ſine cauſa in fronte ſignum Crucis Chriſti portamus, non habemus paſtorem, niſi vitam, infidelium paſtor, mors, fidelium paſtor vita. Si ergo in inferno ſunt oues, quibus paſtor, vt mors, in cælo ſunt oues, quibus paſtor vita eſt. Quid igitur in cælo ſumus? in Cælo ſecundum fidem. Si ergo in Cælo ibi ſurſum Cor, ſi non in Cælo, vbi eſt, quod Apoſt. dicit noſtra Conuerſatio in Cælis eſt? Corpore ambulamus in terris; Corde habitamus in Cælo. Habitamus vbi, ſi illuc aliquid mittimus, quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde, niſi, vnde cogitat. Inde enim cogitat, vbi theſaurizat, vbi enim eſt Theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum; ſic qui poteſt capere capiat Quarto tandem modo intelligi poteſt, ne dum ſecundum cogitationem; verum etiam ſecundũ veram Catholicam intelligẽtiam, qua ſanè intelligimus, cognoſcimus, ac amamus non ſolum materiale Cælum, ſed quod plus eſt, cæli Creatorem, & primarium habitatorem de quo S. Proph. dicit excelſus ſuper omnes gentes Dominus: & ſuper Cælos gloria eius. Vnde maximè admirans ſequitur dicens, qui ſicut Dominus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit in Cælo, & in terra? & alibi, Dominus in Cælo parauit ſedem ſuam, & regnũ ipſius omnibus dominabitur, & alibi, Domini eſt regnũ, & ipſe dominabitur gentium. Vnde B. Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam, vbi ſupra, verbo, exi cito in plateas, &c. De mente, & ſententia Baruch Proph. O Iſrael, quam magna eſt Domus Dei, & ingens locus poſſeſsionis eius. Et Philoſophus, extra Cælum non eſt locus, neque

Cap. 14. Ad Phil. cap. 3. Pſal. 48.

Simile Auguſtinianum.

Matth. cap. 6

Pſal. 112. Pſal. 102. Pſal. 21. Lucæ cap. 14. Cap. 3. Primo cæli tex. 100

vacuum, neque tempus, ſed ſunt entia optimam vitam ducentia per ſe ſufficientiſsimam, &c. Magnitudo quippe loci habitationis & domus magnitudinem arguit habitatoris, de quo Sanctus Proph. alibi dicit, Deus autem noſter in Cælo, &c. Et Cælum Cæli Domino, &c. Philoſophus ad mentem antiquorum, & propriam dicit Cælum eſſe locum Deorum, &c. Qui poteſt ergo capere capiat, &c. Hinc S. Proph. alibi dicit, Dominus de Cælo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum, quem certè intelligens, & ſedulo requirens B. V. M. dicit, ac plenè fatetur, quia fecit mihi magna qui potens eſt, & Sanctum nomen eius. Tria itaq; de more noſtro declarãda proponũtur in hac præſenti lect. Quorum primum eſt magnitudo diuina. Secundum eſt magnitudo diuinorum operum. Tertium eſt magnitudo diuinorum beneficiorum B. V. Mariæ nobiſque collatorum. Quo ad primum propoſitum, qui poteſt capere capiat; id eſt intelligat. Nam S. M. Eccleſia in quodam reſponſorio officij parui B. Mariæ V. dicit, quia quum Cæli capere non poterant, tuo gremio contuliſti, & per Diuũ Apoſtolum dicitur nunc videmus per ſpeculum in enigmate; tunc autem facie ad faciem, quaſi ſit maximè difficilè agere, ſeu tractare, vel loqui de eadem diuina magnitudine. Attamen S. Proph. aliquo pacto diuina raptus, ſiue tractus, ac motus reuelatione dixit, Domine Deus virtutum, quis ſimiliſti bi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Et alibi tangens eandem diuinam magnitudinem primo loco declarandam dicit: quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia tu es Deus ſolus. Quam ob rem pro maiori dicendorum notitia, diſtinguendum eſt primo de magnitudine. Alia enim eſt magnitudo corporea, alia incorporea. Sermo noſter non eſt de prima magnitudine: ſed de ſecunda, de qua S. Proph. intelligendus eſt; quoniam magnus es tu, &c. Deus itaq; appellatur magnus, & verè magnus eſt ſecũdum naturam ſuã, & ſecundum ſuas virtutes, de quibus S. Proph. dicit, laudate eum in virtutibus eius, laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius: vnde ex hac Pſal. Sententia

Marginalia: Pſal. 113. — Primo ex Luc. 22. — Pſal. 13. — Primo reſpon. — Second. Cor. c 5. — Pſal. 88. — Pſal. 85. — Pſal. 149 — Magnitudo diuina triplex.

tia habetur, quod in Deo reperitur, & datur multitudo magnitudinis, quæ triplex, ſeu tripliciter diſtingui, & dici poteſt. Primo quo ad eſſentialia. Secundo quo ad perſonalia. Tertio quoad attributalia. Quo ad eſſentialia, & perſonalia (iam dictum eſt) quoniam magnus es tu, &c. Vbi D.p.Aug. dicit, nemo ſe dicat magnum. Futuri enim erant, qui ſe dicerent magnos contra hos dicitur tu es Deus ſolus magnus. Nam quid magnum dicitur Deo? quia ipſe eſt ſolus Deus magnus? quis hoc neſcit: quia ipſe eſt Deus magnus; ſed quia futuri erant, qui ſe dicerent magnos, & Deum facerent paruum. Idcirco vt idem clarius pateat, idem Sanctus Proph. eoſdem ambitioſos, & nimis arrogantes iuſtè argues altius alibi aſcendit, dicens; quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos, &c. Vnde rationabiliter alibi appellatus fuit Deus Deorum, & ideò Rex magnus ſuper omnes Deos, & alibi, quis magnus ſicut Deus noſter? nemo quidem. Hinc alibi, magnus Dominus, & laudabilis nimis, & ita, & tam magnus Dominus, vt meritò dicatur infinitus. Magnus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non eſt finis. Vbi D. P. Auguſtinus dicit ſicut magnitudinis eius non eſt finis ſic, & laudis eiuſdem non ſit finis in ſæculum ſæculi laudabunt te. Quadere optimè dicit idem S. Proph. quia ego cognoui, quod magnus es Dominus, & Deus noſter præ omnibus Dijs. Hinc Alphõſus noſter de vera Cruce de mente Philoſophi octauo Phyſ. Oſtendit eamdem magnitudinem, & infinita diuinam entitatem, & alibi ſi Deus non cognoſceret ſingularia, quomodo ſollicitus eſſet, & miſereretur illis? ſic ait Paulus noſter Venetus ſenior, &c. Iſta cognitio, & ſollicitudo diuina certè arguunt eiuſdem magnitudinem, &c. Magnus ergo Dominus, &c. De quo magno Domino noſtro D. P. Auguſtinus dicit, qua propter vbi magnitudo ipſa veritas eſt, quidquid plus habet magnitudinis: neceſſe eſt, vt plus habeat veritatis. Quidquid ergo plus veritatis non habet, non habet plus etiam magnitudinis, &c. Modo Deus habet plus veritatis, cum ſit prima, & ſumma veritas à qua omnia dicuntur vera ſecundum

Propter quid Deus dicitur magnus.

Pſal. 94.
Pſal. 49.
Pſal. 76.
Pſal. 47.
Pſal. 144.
Pſal. 113.

Octauus Phyſ. ſpecul. at. 3.
Lib. 2. de anima tex. 35.
q. eiuſdẽ tex.
lib. 8. de Trin. c. 1.

Primo Serm. 2. ad prim. Primo Sen. d. 8. Art. 1. Lumine primo. dum B. Aegidium noſtrum Rom. de mente D. P. Aug. lib. 5. de Trin. cap. 10. & Deus tamen eſt ſine qualitate bonus, & ſine quantitate magnus, vt etiam refert, & docet idem B. Aegidius Rom. noſter. Hinc ad rem Adeodatus noſter Solerius Cretenſis in ſua Diuina phace de mente D. P. Aug. lib. 6. de Trin. cap. 7. dicit Deum eſſe ſapientem, magnum, potentem, bonum, Beatum verum. Quæ omnia licet ſint in Deo modo vno: multiplicantur tamen ob intellectus noſtri imbecillitatem, & ſecundum rationem. Idcirco idem Adeodatus dicit ibidem, Deum diuerſis nominibus à diuerſis nationibus diuerſimodè nominari, Hebrei nãque nominat ipſum Deum; Adonai. Græci Theos, Turcæ Ala, & Latini Deum, dè quo Diuinus ille Plato in ſuo phedone, vel de anima dicit, & appellat Diuinam eſſentiam puram vniformam eſſentiam à qua anima recedens à corpore per mortem aliena prorſus euadit, & ab eiuſdem commercio longè fit, ſi in peccatis fuerit, hinc D. P. Auguſtinus ad rem ad Hæremitas dicit, legite Scripturam Sacram, & inuenietis quomodo Deus Deorum ſit longitudo propter æternitatem. Quomodo ſit latitudo propter Charitatem, quomodo ſit ſublimitas propter maieſtatem: quomodo ſit profundum ſapientiæ per immenſitatem. Quo circa de hac attributali magnitudine S. Proph. dicit, magnus Dominus, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Sapiẽtia enim eſt maximum Dei opt. attributum de quo alibi idem Sanctus Proph. dicit, omnia in Sapientia feciſti Domine. B. etiam Aegidius Rom. ad rem dicit de mente Philoſophi 5. Meth. perfectiones omnium generum congregari in primo principio, & idem repetit eod. lib. inter has autem perfectiones diuinas procuidubio connumeratur eadem diuina ſapientia, & virtus, quæ quidem ſapientia, & virtus maximè diſtinguitur à ſapientia, & virtute creata, vt cauſa præcipua diſtingui ſolet à proprio effectu. De virtute autem creata, & humana Ioannes Baptiſta noſter Arrigus Florentinus lib. ſuo Arethalogiæ ſic dicit Virtus dicitur actuoſa admirabilis. Amabilis, ardua, benefica, benigna, bona, cognita, cõmoda, conſtans, conue-

[Margin notes: D. Plato. — Ser. 38. — Pſal. 146. — Pſal. 103. — 1. Sen. Art. 7. — Prol. in corp. Art. d. 34. ad primum. — Simile Cap. 10.]

conueniens, decora, delectans, digna, egregia, &c. At
quanto magis hæc conuenire poſſunt diuinæ virtuti, &c. Cap. 5
Et idem Ioannes eodem lib. ſuo ſuperius dicit Omnem Cap. 8.
virtutem, vel eſſe increatam, vel creatam, de qua ſupe-
rius idem de mente D. Apoſt. prima Corin. cap. 4 dicit,
quid habes homo quod non accepiſti (ſupple) à virtute 1. Corin.
illa increata, quæ cauſaliter eſt omnia iuxta illud D. Apo cap. 15.
ſtoli, Deus eſt omnia in omnibus, &c. Amplius Deus emi
nentiſsimo modo eſt bonus, vnde idem S. Proph. dicit, & Pſal. 118.
docet, bonus es tu, & in bonitate tua doce me iuſtificatio Pſal. 117.
nes tuas, & alibi confitemini Domino: quoniam bonus; Theor. 1
vbi D. P. Aug. dicit nemo bonus, niſi Deus, &c. Intellige opin. 118
eſſentialiter, & principaliter. Quamobrem Euangeliſta
noſter Boſius Patauinus lib. ſuorum Theor. Theolog.
dicit, Deum poſſe conſiderari, vt cauſam vniuerſalem, &
altiſsimam ſub ratione entis, vel ſub aliqua ratione attri-
butali, nempe quatenus bonum, & ſapientem, quæ ſunt
quaſi paſsiones eiuſdem Dei opt. hinc S. Proph. quaſi ad Pſal. 72.
mirans dicit, quam bonus Iſrael Deus, &c. Deus inſuper
eſt pulcherrimus. Vnde de ſe ipſo loquens dicit pulchri- Pſal. 45.
tudo agni meum eſt. Ex qua creaturæ pulcritudine clarè
oſtenditur Creatoris pulchritudo iuxta illud D. Apoſt.
inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellectu conſpi-
ciuntur; ſempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, &
ſunt enim Creaturæ, vti ſpeculum, in quo creatoris ima-
go relucet, &c. Eſt etiam Deus omnipotens, ſicut docet Ad Rom.
idem S. Proph. dicens, quaſi loquetur potentias Domi- cap. 1.
ni, & alibi, excita potentiam tuam, & veni, &c. Moyſes in Simile.
ſuo Cantico dicit, Dominus quaſi vir pugnantur nomen Pſal. 105.
eius, & Franciſcus noſter à Chriſto Luſitanus primo Sen. Pſal. 79.
docet, in Deo infinitam eſſe potentiam: quia Deus eſt Exod. cap. 15
actus infinitus, igitur virtus eius eſt infinita. Præterea 1. Sen. d.
magna Deus nobiſcum vtitur miſericordia qua ipſe ex 42. q. 3.
ſui natura eſt maximè ornatus. Nam S. Proph. eandem Pſal. 50.
optimè cognoſcens prompte dixit, miſerere mei Deus ſe- Pſal. 56.
cundum magnam miſericordiam tuam, & alibi, quoniam Pſal. 85.
magnificata eſt vſque ad cælos miſericordia tua, & alibi, Pſal. 118.
quia magna eſt miſericordia tua ſuper me, &c. Præterea

Iacobus noſter Coritanus lib. ſuorum Ser. Qua dr. manu ſcripto ſuper Lucam cap. 7. verbo, miſericordia motus, ex Pſal. 114. egregie oſtendit Deum eſſe miſericordem, ac maximè eandem exercere ſuam miſericordiam dicēs, ò Domine libera animam meam: miſericors, Dominus, & iuſtus,& Deus noſter miſeretur,&c. Et iuxta illud pſal. 137. Dominus retribuet pro me Domine miſericordia tua in ſæculum,&c. Sicut hodie clarè patet, cum miſericordia motus,&c. Eſt etiam Deus eodem modo, & gradu quo miſericors, & ſecundum eandem immenſam magnitudinem iuſtus. Vnde S. Proph. dicit, iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, & alibi potentiam tuam,& iuſtitiam Deus vſque in altiſsima, quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi, & alibi iuſtitia tua ſicut montes forſan propter manifeſtam montium exiſtentiam; ita diuina iuſtitia manifeſta eſt, & futura eſt omnibus præcipuè in die iudicij, cum dicet, ite maledicti,&c. Et alibi iuſtitia plena eſt dextera tua, & alibi Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius, tamquam alicuius rei magnæ, & ſingularis,&c. Præterea idem Iacobus noſter Coritanus eodem lib. ſuo manu ſcripto Sermonum Quadrageſimalium Matth. cap. 25. verbo, ite maledicti,&c. Deus iuſtus tunc temporis maximè exercebit iuſtitiam ſuam contra impios: iuxta illud Pſal. 96. nubes, & caligo in circuitu eius: iuſtitia, & iudicium correctio ſedis eius, & alibi Pſal 88. iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis tuæ, &c. De qua iuſtitia idem Sanctus Proph. Pſal. 29. dicit, annunciaui iuſtitiam tuam in Eccleſia magna, ideſt militanti, quam iuſtitiam ne dum homines in terra ambulantes; verum etiam cæli, ideſt Angeli, vel Sancti Doctores quotidie annunciant, ad peccatorum correptionem dicentes cum eodem S. Proph. Pſal 96. Annunciabunt cæli iuſtitiam eius, &c. Ergo clarè patet diuina iuſtitia, & adminiſtratio eiuſdem, &c. Qui poteſt ergo capere capiat, &c. Magnus itaq; Dominus, & magna virtus eius, quo ad omnia attributa eſſentialia. Quæ quidem non diſtinguuntur inter ſe ex natura rei: ſed ſola ratione ſicut doceat ſequentes Sacri Doctores. B. Aegidius Rom. noſter

Fer 5. Dō 4. Quadr.

Pſal. 70. Pſal. 35. Pſal. 47. Matth. cap. 25 Pſal. 70.

Diuina attributa ſola ratione diſtinguntur.

Fer. 2. 1. Dominicę Quadrag.

1. Sen. d 2. q. 2. Ar. 2. 1. Sen. d. 8. q. 1. Ar. 2.

ſter, Gregorius Arim. Thomas Argentinas, Gerardus Senenſis, Franciſcus à Chriſto noſter Luſitanus, & D. Thomas. B. Aegidius Rom. affert exemplum de Anima noſtra humana, quę eſt forma ſubſtantialis, qua homo eſt ſubſtantia, anima, & homo. Primo modo, anima eſt principium eſſendi. Secundo modo anima eſt principium vitæ. Tertio modo, anima eſt principium intelligendi: Et tamen eadem anima eſt vna tantum, & non plurificatur aliquo pacto cum ſit vna ſimplex ſubſtantia, & idem exēplum pro ſe accipit etiam Franciſcus à Chriſto vbi parū ſupra. His tribus attributis, ſiue actionibus anima vna realiter correſpondet nulla facta reali diſtinctione in ipſa. Ita ſuo modo in Deo ſimpliciſsimo ſunt Diuina attributa ſola ratione diſtincta, & Thomas noſter Argentinas affert aliud exemplum pulchrum de vnico Sole, vnico calore ceram liquefacientem terramque deſiccante, ac duritiem efficiente, & ſic iam patet quid dicendū ſit de diuinis attributis, quo autem ad diuinarum perſonarum magnitudinem, proculdubio ipſæ diuinæ perſonæ ſunt ita magnæ, ſicut magnus eſt Deus, cum ſint omninò idē ꝙ Deus: Vnde D. P. Aug. ſic dicit, in diuina Trin. eſt magnitudo indiffrēs, & D. Athan. ſic etiā habet, alia eſt perſona Patris, alia eſt perſona Filij, alia eſt perſona Spiritus Sancti: ſed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna eſt Diuinitas: ęqualis gloria, coeterna maieſtas, & parum infra eodem loco ſequitur, immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus Sanctus, & ſic quo ad omnia Deus meritò dicitur, & eſt magnus, etiam quo ad nomē. Notus enim in Iudea Deus, & in Iſrael magnum nomen eius. Magnus itaq; Dominus Deus, cuius magnitudinē ex parte, & perfectè humana lingua minimè exprimere poteſt ſicut docet D: P. Aug. verſ. Magnus Dominus, &c. Hinc rationabiliter ipſi Deo magno, magna cōuenit gloria, de qua S. Proph. dicit, repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam; tota die magnitudinem tuam, & alibi, confiteantur tibi omnes reges terræ quia audierūt omnia verba oris tui: vt cantent in vijs Domini: quoniā magna eſt gloria Domini. Diuina igitur magnitudo, & eiuſdem

1. Sent. d. 6. q. 1. Art. 2.
1. Sen. d. 2. q. 2. Art. 1.
1 Sen. d. 1. q. 3. ar. 2.
1. Sen. d. 2 q. 3. concl. 2.
1. Sen. d. 1 q. 3. art 2. & p. contra Gen. cap. 3.
Pulchra exempla.
1. Sen. d. 6 q. 1. art 4. in proprio fundamento.
Lib. 8. de Trin. c 1.
D. Athana. ſiu in ſuo ſymbolo.
Pſal. 75.
Pſal. 95.
Pſal. 70.
Pſal. 137.
Magnitudo nominis, & gloriæ diuinæ.

eiuſdem magnitudo nominis, ac gloriæ in omnibus maximè purificantur. Qui poteſt ergo capere capiat. Dominus Deus tandē, ne dum eſt magnus: ſed omnibus maior, & omnium maximus iuxta illud Quoniam Deus magnus Dominus: & Rex magnus ſuper omnes Deos, & alibi, vt cognoſcant: quia nomen tibi Dominus, & tu ſolus altiſsimus ſuper omnem terram, &c. Sic itaq; declarato primo propoſito accedendum eſt ad ſecundum propoſitum de diuinorum operum magnitudine de qua S. Proph. immortales gratias agens, & ſempiternas laudes referens paſsim ipſi maximo optimoq; Deo dicit, adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cælum, & terram, & alibi, opera manuum tuarum ſunt cæli, & alibi, quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, & alibi, Dominus autem cælos fecit, & alibi, qui fecit cælos in intellectu, per cælos verò ne dum cæli viſibiles, & corporales: ſed etiam Angeli apud Sacros Theologos ſolent intelligi iuxta illud, Domine inclina cælos, & deſcende, ideſt Angelos inclina, & deſcende. Et alibi de facto dicit inclinauit cęlos, ideſt Angelos, & deſcendit. Sic declarat, & gloſat D. P. Auguſtinus ſuper Geneſim ad litteram, in principio creauit Deus cælum, & terram, per cælum naturam Angelicam, &c. Sic etiam Iacobus noſter Valentinus exponit, vbi ſupra, inclinauit cælos, & deſcēdit, &c. ideſt Angelos. Per cælos itaq; intelliguntur etiam Angeli ratione forſan ſimplicitatis, pulchritudinis, & regularis eorum motus vtriuſque naturæ. Eſt tamen maximè aduertendum, quod licet Angeli communiter dicantur ſimplices, & ſine aliquo naturali corpore: attamen ſecundum D. P. Auguſtinum verſ. eruiſti animam meam, &c. Ipſimet Angeli ſua habent corpora. Nam duplex infernus ſuperior, & inferior. Mundus hic eſt infernus ſuperior: ex eo, quia infernus mortuis abundat, corpus autē noſtrum monſtrum eſt ſecundum Diuū Apoſtolum. Non enim dicit corpus moriturum: ſed dum mortuum eſt, adhuc habet vitam vtiq; corpus noſtrum; & tamen comparatum corpori illi, quod futurum eſt, qualia ſunt Angelorum corpora, inuenitur corporis mortuum, quamuis adhuc

Pſal. 94. Pſal. 82. Pſal. 96. Secundi propoſiti. Pſal. 123. Pſal. 101. Pſal. 8. Pſal. 95. Pſal. 135. Pſal. 143. Pſal. 17. Cap. 1. Pſal. 17. Per Cælos aliquā do Angeli intelliguntur. Pſal. 85. Ad Rom. cap 8. Angeli corporei. Pſal. 145.

adhuc habens animam, & alibi verſ. primo, Lauda anima mea Dominum, bis idem D. P. Auguſtinus eandem repetit ſententiam dicens, quamuis ergo bonum aliquod ſit corpus noſtrum: tamen quamdiu mortale propter peccatum, quamdiu indigens, quamdiu corruptibile, quamdiu ita mutabile, vt ne in puncto quidem temporis conſiſtat in ſe, proculdubio tale eſt; vt optemus redēptionem illius, qua fit aliquando nō tale: ſed quale erit aliquando? quale idem Apoſtolus dicit oportet corruptibile induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem? Sed etiam cum fuerit tale corpus noſtrū, corpus iam cæleſte, & ſpirituale, corpus Angelicum in ſocietate Angelorum, & parum infra eod. verſ. Lauda anima mea Dominum, &c. Caro non dicit: ſed licet corpus Angelicum inferius eſt, quam anima conſilium ſuperiori dare non poteſt, &c. Clarè itaq; ex dictis D. P. Auguſtini colligitur, quomodo Angeli ſint, vel ſunt corporei, &c. Inclinauit ergo cælos, & ſic per cælos intelliguntur Angeli ſicut etiam docet B. Aegidius noſter Rom. magnitudo ergo creaturarum abſq; dubio arguit, & probat à poſteriori creatoris magnitudinem. Nam ad rem optimè dicit Paulus noſter Venetus documento quarto poſt multas relatas opiniones dicens, quicquid eſt in effectū excellentiori modo eſt in cauſa, &c. Magna ergo Domini opera exquiſita in omnes voluntates eius. Hinc idē Sanctus Proph. Nos hortatur ad eādem Domini opera rectè, & alte extollenda, ſiue prædicanda dicens, dicite Deo quam terribilia ſunt opera tua Domine, & parum infra eod. Pſal. inuitat, & vocat ad eadem opera terribilia videnda, ſiue contemplanda dicens, venite, & videte opera Domini, &c. Sicut, cum aliquis magnus Princeps magnum ædificauit Palatium, ſiue magnam domum multis oſtendi curat magnis hominibus, vt certò ſciant, ac videant magnitudinem ædificantis ex operis ſui magnitudine. Ad rem idem S. Proph. dicit, quia ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria ſua, & alibi mementote mirabilium eius, &c. Et alibi memor fui dierum antiquorum, & meditabor in omnibus operibus tuis, & alibi fortius.

1. Cor. c. 15.

Notādum

Notadum

2. Sen. d. 2. q. 4. art. 3.

Lib. 3 de anima tex 36.

Pſal. 110.

Pſal. 65.

Simile

Pſal. 101.

Pſal. 104.

Pſal. 42.

Pſal. 138.

Pſal 9.

eodem verſ. aſsignat, & docet duodecim dignitates, & priuilegia à Domino Deo B. Mariæ Virg. collata, quæ breuitatis cauſa ommittuntur, & idem Iacobus Valent. in Prologo ſuper magnificat 18. honores, & fauores docet, B. V. Mariæ a Deo factos, &c. Quos etiam breuitatis cauſa ommittimus. B. verò Albertus noſter Patauinus ſuper illud Lucæ 1. verbo Aue Maria gratia plena, aſsignat aliud ſingulare priuilegium eidem S. Virg. conceſſum. Hic mutatur nomen Euę & res: quia ipſa fuit plena vęh, ſed iſta ſine aliquo. Vęh, ab à quod eſt ſine, & vęh, gratia plena, verè, & ſemper plena; quia de mente D. Hyeronimi cæteris per partes, in Maria verò tota ſe infundit gratiæ plenitudo. Sicut in Sole Deus poſuit omnes virtutes aliorum ſyderum: ita in Maria omnem gratiam aliorum Sanctorum, &c. Hinc in Sole poſuit tabernaculum ſuum, &c. Quade re ad rem B. Iordanus noſter de Saxonia lib. Ser. ſuorum de Sanctis ex D. Ioanne Apoc. Signum magnum apparuit in Cælo. Mulier amicta Sole in capite eius corona ſtellarum 12. &c. Maria dici poteſt ſignum cæleſtis redemptionis. Amicta Sole charitatis. In capite eius corona 12. Stellarum, ideſt dignitatum prædictarũ, vel 12. fidei Articulorũ. Luna ſub pedibus eius: quia non amplius ſubiecta mutabilitati, & quamobrem B. Simon noſter de Caſsia lib. 2 de Religione Chriſtiana eod verſ. quia fecit, &c. Multa dicit, magna operatus eſt Dominus in illa. Quorum ratio mortalibus non eſt exquirenda. Cum in his magnis, quæ ſupra ſenſum & appræhẽſionem hominum, operatur; quia potuit, quia voluit, &c. Quia fecit ergo, &c. Qui poteſt capere capiat, vt nobis participatiuè ſaltem aliquando proſint ſingularia beneficia, priuilegia magna, donaq; maxima Beatæ Virgini Mariæ collata. Amen.

ſer 4 quatuor tem por. Aduent. 2. p. Ser.

Simile Pſal. 18. Ser. 119. Cap. 12.

Luna 1. mutabilitas. Eccl. cap. 27. Stultus vt Luna mu tatur. Cap. 14.

LECTIO

LECTIO SEXTA

VERS.

ET MISERICORDIA EIVS, ET CAETERA.

In qua agitur de neceſsitate, de fonte, & de vtilitate diuinæ miſericordiæ.

Prou. VVLGO dicitur: Contentus gaudet, & patitur. Non deſunt exempla nam Agricolæ fructibus laborum ſuorum gaudentes tota die patienter eoſdem ſubſtinēt labores, medicus mercede ſua gaudens quotidianos exercet labores viſitans infirmos, ordinans medicinas, &c.

Multa ſimilia. Mercator ſuam exercens artem nulli parcens labori, nullum timens periculum, lucro gaudet, multaq; naufragia patitur, ſic & milites quot ſubſtinent labores, vt tandem optatam conſequantur victoriam, qua ſummopere gaudent, & vani amatores tandem quot Paſsiones ſubſtinēt, vt ſuo carnali fruantur amore, &c. De amore autem Spirituali dicitur. Stipate me malis; quia amore langueo.

Con. c. 2. Amore enim languere eſt quodamodo gaudere, & pati.

Idcirco

Idcirco de Sanctis legimus Apoſtolis Dominum Ieſum Chriſtum ſummopere amantibus. Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu Concilij: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Contentus itaque (vt clarè patet) gaudet, & ſuſtinet, ideſt patitur. Hinc S. Iſaias ad rem optimè dicit, vinum tuum mixtum eſt aqua; D. Apoſt. libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti quomodo poſſet idem Apoſt. ſiue gloriari in infirmitatibus ſuis: niſi gauderet, ac ſuſtineret, ſiue pateretur diuerſis reſpectibus. Ita etiã Dominus Ieſus Chriſtus gaudens libenter patiebatur dicebat enim Lazarus mortuus eſt, & gaudeo propter vos: quoniam non eram ibi: ſed eamus ad eum, quo tandem cum peruenerit legimus, & lachrimatus eſt Ieſus. Gaudens ergo Dominus Ieſus Chriſtus patiebatur reſpectu diuerſorum actuum, & obiectorum. Patiens idem Dominus in hoc mundo acerbiſsimam mortem, tot flagella, & irriſiones ab impijs ſuis perſecutoribus Deo optimo ſumma fruebatur: diuerſimodè tamen. Vnde D. Thomas de mente D. Damaſceni lib. 3. cap. 15. Sic dicentis, diuinitas Chriſti permiſit carni agere, & pati, quæ propria sũt. Ergo pari ratione cum proprium eſſet animę Chriſti quatenus Beata erat, frui. Paſsio eiuſdem fruitionem non impediebat, quia frueretur ſecundum potentias ſuperiores; & ſi pateretur ſecundum potentias inferiores, ideſt ſenſitiuas. B. itaq; V. Maria gaudebat ob multa ſingularia beneficia à Deo accepta ex Diuina miſericordia perfectiquè patiens læta dicebat, & miſericordia eius, &c. In hac autem præſenti lectione ſicut in cæteris præcedentibus tria principalia de eadem Diuina miſericordia conſiderandæ proponuntur. Quorum primum eſt eiuſdem Diuinæ miſericordiæ neceſsitas reſpectu noſtri. Secundum eſt fons eiuſdem, à quo originem trahit. Tertium eſt ipſiuſmet maximæ vtilitas. Pro dicendorum autem maiori notitia, ſiue capacitate aduertendum eſt ſecundum Gregorium noſtrum Ariminenſem de mente Philoſophi lib. 5. Methaph. tex. com. 6. quod neceſſarium aliquid dicitur quadrupliciter. Primo modo ſine quo res non poteſt

Actuum Apoſt. c. 5.
Iſaias c. 1.
Secunda cor. cap. 12.
Ioa. cap. 11.
Dominus Ieſus Chriſtus fruens patiebatur.
3. p. q. 46. Art. 8.
Tria propoſita.
1. Sen. d. 6. q. 1. Art. 1. in corpore.

ſericors in actu primo, & de intrinſeca ratione, & miſerator, quaſi in actu ſecundo, &c. Qua propter ad rem Thomas noſter Argentinas eggrægiè oſtendit, & docet, Diuinam miſericordiā eſſe veram Dei proprietatem ſemper ſequentem ſuum ſubiectum. Nam ſicut riſibilitas neceſſariò ſequitur ſuum ſubiectum hominem, & impoſsibile eſt, hominem naturaliter non eſſe riſibilem. Quo circa S. M. Eccleſia in quadam ſua collecta dicit, Deus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, &c. Et S. Proph. plenè cognoſcens, & optans eandem Diuinam proprietatem dicebat; auditam fac mihi mane miſericordiam, tam quam famoſam, ſingularisſimam, ac Diuinam proprietatem, quæ certè, ita taliter in Deo eſt, & neceſſaria, vt nullo pacto poſsit aliter ſe habere, ſiue eſſe. Vnde D. P. Auguſtinus verſ. primo Confitemini Domino. Dicit. Miſericordia eſt illa, qua nemo ſine Deo Beatus eſſe poteſt, & de tempore, idem D. P. Auguſtinus dicit inter omnia quibus humana indiget fragilitas, maximè neceſſaria eſt miſericordia; quia quanto fragilior eſt corrupta natura tanto maiori indiget beneficij prouidentia; & ideò Fratres, quia ſine hac (ſupple) miſericordia, vita noſtra ſubſiſtere non poteſt: diſcamus quomodo in nos primum diuinam prouocens clementiam, vt ſecundum multitudinem miſerationum ſuarum miſeriæ noſtræ ſubuenire dignetur. Quatenus in præſentis vitæ curſu, vitemus noſtræ ſalutis damnum, & in futuro interitum poſsimus euadere perpetuum. Eandem quippe diuinæ miſericordiæ neceſsitatem apertè, ac exactè cognouit idem S Proph. dicens, quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas. Vbi D. P. Aug. ſic dicit, ac declarat, multæ ſunt vitæ humanæ: ſed Deus vnam vitam promiſit; & non illam dat nobis, quaſi propter merita noſtra: ſed propter miſericordiam ſuam; quid enim boni agimus, vt illud mereamur? aut quæ bona facta ſunt noſtra, ſiue proceſſerunt, vt Deus gratiam ſuam nobis donaret, ſiue daret? nunquid inuenit iuſtitias, quas coronaret, & non delicta, quæ puniret, ſiue donaret? vtique delicta, quæ donauit ſi punire vellet non eſſet iniuſtum: quid enim tam iuſtum quam, vt puniatur

Pro pluribus de ſiderctis.
Pſal. 142.
Pſal. 105.
Ser. 203.
Pulchra D. P. Aug Doctrina
Pſal. 62.

Plura vitium genera. niatur peccator. Pertinuit,& miſericordiam eius, vel ipſius non punire peccatorem, & de impio facere pium. Ergo miſericordia eius melior,&c. Ideſt neceſſarior,ſiue vtilior ſuper vitas,&c. Sequitur D.P. Auguſtinus, ibidem, quas vitas elegerunt ſibi homines alius elegit ſibi vitam negociandi, alius ruſticandi vitam, alius vitam fænerandi, alius vitam militandi, alius illam, alius aliam, diuerſæ ſunt vitæ, ſed melior, &c. Melius eſt, quod das correctis, quam quod elegerunt peruerſi. Vnam vitam donas, quæ præponatur omnibus noſtris, quaſcunque in mundo eligere potuerimus Labia mea,&c. Non te laudarent labia mea niſi præcederet miſericordia tua, dono tuo te laudo: per miſericordiam tuam te laudo. Non enim ego poſſem Deum laudare, niſi mihi donaret, laudare ſe poſſe, &c. Idcirco ad rem, idem S. Proph. dicit, confiteantur Domino miſericordię eius,& mirabilia eius filijs hominum. Pſal. 106. Et ſic eodem Pſal. optimè concludit dicens quis ſapiens, & cuſtodiet hęc,& intelliget miſericordias Domini? quaſi dicere velit, nemo certè in hoc ſæculo eſt, ita ſapiens, vt omninò conſideret, vt humiliter meditetur, vt debet, &c. Quoniam melior,&c. Iacobus noſter Valentinus ibidem aliter gloſat, ac declarat, eundem locum Pſal. dicẽs, Aliaexpoſitio. Pſal. 62. ò Domine Ieſu Chriſte miſericordia tua melior eſt ſuper omnes vitas huius mundi, ideſt vita vegetatiua, ſenſitiua additur,& intellectiua. Nam per vitas intelligi poſſunt omnes cibi,& potus corporales pertinentes ad vitam vegetatiuam,& ſenſitiuam, quibus meliores ſunt cibi,& potus ſpirituales pertinentes ad Spiritualem vitam, quos nobis tradidit Dominus Ieſus Chriſtus per miſericordiã ſuam, Paſsionem,& Reſurrectionem ſuam,&c. Quia illi cibi ſunt gratiæ,& gloriæ. Hinc Redemptor noſter dicit, qui manducat hunc panem, viuit in æternum,& qui biberit aquam, quam ego dabo, fiet in eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam; melior eſt ergo,&c. Vnde ad rem de pane, potuq; cæleſti Petrus noſter Aragon. lib. de Iuſtitia,& luce, dicit Sacramentum altaris eſſe ſacrificiũ iuſtitiæ, forſan à iuſtificando viatores ad æternam vitam properantes,&c. Melior eſt ergo, &c. A qua dependent omnes

Cib. corporales, & ſpirituales. Ioa. cap. 6. & 4. q. 85. Ar. 3. in corpore.

omnes iſtæ ſpirituales refectiones. Aditum fuit à nobis, etiam quo ad vitam intellectiuam: quia multi ſunt benè intelligentes: ſed praue, ac peſsimè operantes; in quibus vtiq; toleratiuè diuina apparet miſericordia, qua Deus eoſdem tollerat, ac ſubſtinet, in hoc mundo. Vnde D. P. Auguſtinus in Regula ſua ad Fratres Aeremitas dicit, quantò patientius, tantò ſapientius agit Deus, & de eadem miſericordia Diuina S. Proph. dicit; quoniam in ſæculum miſericordia eius, quo circa idem D. P. Auguſtinus de verbis Domini ſic dicit ex Pſal. 24. verſ. Dulcis, & rectus Dominus. Amas, quod dulcis eſt, time, quod rectus eſt, tanquam manſuetus tacui, ſed tamquam iuſtus dicit, numquid ſemper tacebo? miſericors, & miſerator Dominus, &c. ita planè adhuc, adde, longanimis, adde, adhuc, & multum miſericors. Sed time quod eſt in nouiſſimo, & verax. Quod enim ſubſtines peccantes iudicaturus eſt contemnentes. An diuitias bonitatis eius contemnis? ignoras; quia patientia Dei te adducit ad penitentiam: tu autem ſecundum duritiam cordis tui theſaurizas iram in die iræ, &c. Hinc Dominus Hyppolitus Fabranus noſter lib. Serm. ſuorum Quadrageſimalium, Matth. cap. 25. verbo, ite maledicti, &c. Dicit, Deus ſemper iuſtus, & non aliquando ſic, & aliquando non ex Pſal. 110. Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, & ex Pſal. 118. Iuſtitia tua, iuſtitia in æternum. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum, &c. Et Thadeus noſter Ariminenſis lib. Ser. ſuorum Quadrageſimalium manu ſcripto eadem feria 2. verbo, ite maledicti ex Pſal. 7. Deus iudex iuſtus, fortis, & patiens, iuſtus, & fortis in iudicando, patiens tamen in expectando in hoc ſæculo, & alibi ex Pſal. mo confitebor Domino ſecundum iuſtitiam eius, Diuinæ autem miſericordiæ oſtaculum magnum eſt humani cordis durities, & perſeuerantia in malo; quam quidem duritiem quilibet obſtinatus peccator totis viribus à ſe ipſo remouere deberet, ac Diuinæ miſericordiæ beneficio vti, minimeque abuti, eodem S. Proph. dicente, fiat miſericordia tua ſuper nos: quæmadmodum ſperauimus in te, vel alibi, vocem meam audi ſecundum miſericordiã

Additio Auctoris. In regula ſu. Pſal. 117. Secundū Ioannem Ser. 47. Pſal. 110. Ad Rom. cap. 2 F. 1. 2. 3. Domin. 1. Quadrag. Fer. 2. 1. Dom. Pſal. 7. Pſal. 32. Pſal. 118. Pſal. 122.

Pſal. 118. tuam. Vox autem à Deo audienda alibi notatur, miſerere
noſtri Domine miſerere, quia multum repleti ſumus de-
ſpectione, & ſupra, ſicut, & alibi aſpice in me, & miſerere
mei. Hæc autem facilius veniet ſuper nos Diuina miſeri-
cordia; ſaluata illa Sancti Prophetæ regula à mandatis
tuis intellexi propterea omnem viam iniquitatis odio ha
bui, vel odiui, & parum ſupra eodem Pſal. ab omni via ma
la prohibui pedes meos, vt cuſtodiam verba tua. Diuina
itaq; miſericordia maximè reperitur in Deo toleratiuè re
ſpectu peccatorum; quos tandiu ſuſtinet, ac expectat ad
Pſal. 102 veram pœnitentiam, & reperitur eadem miſericordia in
Deo coronatiuè reſpectu pœnitentium, quos tandem co-
ronat corona gloriæ iuxta illud, qui coronat in miſericor
dia, & miſerationibus. Quàm igitur ſit neceſſaria Diuina
Primo miſericordia ſatis expreſſe patet, nec vlteriori magna
Sen. d. 8. eget probatione: attamen, vt clarius pateat eiuſdem ma-
Art. 7. gnitudo; adhuc dicendū eſt cum B. Aegidio noſtro Rom.
de mente D. P. Auguſtini lib. 5. de Trin. cap. 2. dicen-
2. Perihermenias cap. 3. tis, Deo veriſsimè competit eſſe, & de mente D. Hiero-
nymi ad Marcellam, Deus verè tenuit hoc nomen: qui
eſt: & ſic docet B. Aegidius ex his eſſe propriè compete-
re ipſi Deo. Vnde Philoſophus rectè dicit omne, quod eſt,
dum eſt, neceſſe eſt eſſe; cum igitur Diuina miſericordia
realiter idemtificetur cum Deo, vt cætera Diuina attri-
buta (vt dictum eſt in præcedenti lectione) ſecundo pun-
cto. Ergo pari ratione Diuina miſericordia eſt neceſſaria
non ſolum in ſe reſpectu Dei; ſed etiam in effectu reſpe-
De diuinis nominibus capit. penultim. ctu noſtri, &c. Et idem B. Aegidius Rom. eod. Art. 2. de
mente D. Dioniſij, probat Deum eſſe, eſſe omnium. Secū-
do, quia Deus, vt menſura omnium, &c. Ergo eſſe Diuinæ
miſericordiæ eſt eſſe miſericordiæ humanæ, & menſu-
Ethic. c. 1 ra, &c. Et idem B. Aegidius eadem diſtinctione Art. 4. de
mente Philoſophi ſic dicentis, virtuoſus eſt menſura alio
rum, & ſcientia artificis, menſura artificialium, &c. Ita
ſuo modo eſſe Diuinum, & eſſe omnium aliorum, & men-
Pſal. 88. ſura, & ſic Diuina miſericordia eſt eſſe miſericordiæ no-
Pſal. 100. ſtræ, & ſic neceſſaria, vt menſura, meritò itaq; S. Proph. di
cebat, Miſericordias Domini in æternum cantabo, & ali

bi miſericordiam,& iudicium cantabo tibi Domine; vnde notandum eſt, S. Proph. aliquando dicere miſericordiam in ſingulari,quatenus eſt vna eſſentialiter,& ſimpliciter in illa ſumma vnitate Diuina,omnia menſurante, & aliquando loqui S. Proph. pluraliter, miſericordias, &c. Reſpectu noſtri ratione actuũ diuinæ miſerationis in remiſsione peccatorum, & ſubleuatione à multis miſerijs. Vnde idem S. Proph. dicit quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus,&c. Et alibi,miſericordiæ tuæ multæ Dñe,&c. Habemus itaq; iam demonſtratam Diuinæ miſericordiæ neceſsitatem. Supereſt,vt accedamus ad ſecundum propoſitum nempe ad fontem eiuſdem. Fons ergo,vel origo Diuinæ miſericordiæ eſt ipſemet Deus,vt docet idem S.Proph. dicens: quia apud Dominum miſericordia, & copioſa apud Deum redemptio, &c. Et alibi Sermonem ſuum ad Deum dirigens, dicit, miſericordia mea refugium meum,ſuſceptor meus, & liberator meus. Tria vltima ſequentia,refugium,&c. Dependent,& originantur ab eadem diuina miſericordia,tanquam fluuius à fonte,vnde alibi dicitur, apud te eſt fons vitæ. Quæ à diuina miſericordia dependet, iuxta illud,in miſericordia tua viuifica me. Nam Deus nobiſcum vtens miſericordia ſua,proculdubio nobis ſpiritualem dat vitam, aliter ſtatim mors ſequeretur. Ego dixi, Dñe miſerere mei: ſana animam meam:quia peccaui tibi,& eod. Pſal. Tu autem Dñe miſerere mei, & reſuſcita me, &c. Et miſericordia eius,&c. Eſt .n. diuina miſericordia,velut fluminis aqua ſemper currens, & fluens à principali fonte, de quo flumine dicitur,flumen Dei repletum eſt aquis. Hinc alibi, in æternum miſericordia eius, &c. Et vſque in generatione, & generationem verita eius; Aquarum fluminis verſus lætificare ſolet Ciuitates, & loca proxima beneficia recipientia, fluminis impetus lætificat Ciuitatem Dei, ideſt animam rationalem lætam in receptione Diuinæ miſericordiæ. Sicut ergo flumen à loco ad locum currit; ita Diuina miſericordia à progenie inprogenies, &c. Et ſicut flumen velocius

Pſal. 35.
Pſal. 118.
Secundũ propoſitũ
Pſal. 129.
Pſal. 143.
Simile
Pſal. 35.
Pſal. 118.
Pſal. 40.
Simile
Pſal. 64.
Pſal. 99.
Simile
Pſal. 45.
Simile.

Simile velocius,ac libētius ad ima,ſiue inferiora currit, ſiue ten
dit;ita diuina miſericordia ad humiles. & Deum timen-
tes.Hinc. Sapientiæ cap. 6. dicitur. Exiguo enim concē-
ditur miſericordia : potentes autem, potenter tormenta
Pſal. 103. patientur. Ideò dicit timentibus eum, &c. Qui mittis
fontes in conualibus,ideſt humilibus,&c. Flumen ortum
ſuum trahit à mari; ita à mari magno diuinæ miſericor-
diæ, miſericordia nobis communicatur. Hoc mare ma-
Pſal. 103. gnum,& ſpatioſum,&c. Magnitudo aquarum maris ma-
gnum exigit vas ad paſsiuam continentiam; ita Diuina
Pſal. 118. miſericordia magna pluſquam quacunque qualis aqua;
&c.Hinc miſericordia tua Domine plena eſt terra,(ſuple)
Ad Rom. cap. 9. humanorum cordium.Quia propter Diuus Apoſt.appel-
lat electos Diuinæ miſericordiæ vaſa, vt etiam egregiæ
exponit Dominus Hieronymus noſter Seripandus Nea-
politanus ibidem.Vaſa debent proportionari, & præpa-
rari ad illam Diuinæ miſericordiæ aquam mundam reci-
Pſal. 102. piendam. Ideò dicit,& miſericordia,&c. Timentibus eū.
Miſericordia autem Domini ab æterno, vt vſque in æter-
Pſal. 24. num ſuper timentes eum. Miſericordia Dei eſt memoria
le eiuſdem ſecūdum miſericordiam tuam memento mei
Pſal. 56. tu,&c.Miſericordia Dei eſt nuncius eiuſdem,miſit Deus
miſericordiam ſuam,&c.Idcirco rationabiliter B.V. Ma-
ria dicit,& miſericordia eius,&c.Quo autem ad tertium
Tertium propoſitū principale propoſitum ; quod fuit vtilitas diuinæ miſeri-
Pſal. 56. cordiæ.Idem S. Proph. eamdem docet primo dicens,mi-
ſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, & eri-
puit animam meam de medio catulorum leonum, &c.
Hinc ad rem Paulus noſter Ciera Venetus in ſuo tracta-
tu de Iure principum dicit triplicem eſſe ſeruitutem, à
Cap.3. qua Chriſtus miſericordia motus nos liberauit. Prima
eſt peccati ſeruitus. Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt
Ad Rom. cap.6 peccati. Liberati à peccato ſerui facti ſunt iuſtitiæ. Secun
2.Cor. cap.3. da ſeruitus eſt legis Diuinæ moralis in timore. Vbi Spi-
ritus Domini, ibi, libertas. Tertia ſeruitus eſt cæremo-
nialium,& iudicialium preceptorum Moyſis,à qua Chri
ſtus nos liberauit. State, & nolite iterum iugo ſeruitutis
contineri. Et miſericordia eius,&c.Quam miſit. Vnde ad

tem D. P. Auguſtinus ad Fratres in Aeremo dicit, ò Fratres mei, quid Chriſtus incarnauit niſi miſericordia? quis Deum ſubiecit noſtræ miſeriæ niſi ſola clementia? ò Beata miſericordia, quæ ſola cõmercium noſtræ ſalutis agnoſcit. Sola enim miſericordia ad Deum hominem dirigit; ſola hominem ad Deum deducit. Sola Deum ad hominem deducit, hæc ſola mediatrix auuerſos conſolans, hæc ſola diſiunctos copulat, hæc ſola Deum humilians, nos ſublimat. O quam pia fuit Dei deſcenſio, vt noſtra glorioſa eſſet aſſumptio. O grandis Miſericordia, ò infinita: tu ſola potuiſti trahere Deum de Cælo ad terram. Et nos de exilio ad regnum reuocare. O magnum miſericordiæ vinculum, quo Deus ligari voluit, & potuit, & homo ligatus vincula iniquitatis diſumpit, &c. Hinc poſſumus quodamodo dicere, miſericordia Dei eſſe pignus nobis conferendum. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, vel Dei viam ad nos, vniuerſæ viæ Domini miſericordia, & veritas, vel noſtra adiutrix, ſi dicebam motus eſt pes meus: miſericordia tua adiuuabat me. Vel noſtra defenſatrix in miſericordia tua diſperge inimicos meos, vel noſtra ſalus, ſaluum me fac propter miſericordiam ſuam, vel tandem Corona noſtra, qui coronat te in miſericordia, &c. Hinc Zaccharias iuſtis de cauſis dicit, per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos Oriens ex alto, &c. Ad rem Marianus noſter Mancinus Piſaurienſis in ſuis Concionibus extrauagantibus declarans Ethimologiam miſericordiæ dicit, miſericordia, quaſi miſerum corda, qua extrahuntur miſeri à miſeriæ profundo, eruiſti animam meam ex inferno inferiori funiculus triplex difficilè rumpitur iſte funiculus triplex eſt Sanctiſsima Trin. in qua eſt miſericordiæ plenitudo. Hunc funiculum expandit, ſiue extendit, & porrigit Dominus Ieſus Chriſtus, ego ſi exaltatus fuero omnia traham ad me ipſum. Hæc miſericordia Diuina antiquitus fuit promiſſa, & per Chriſtum data, & confirmata, quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia tua, & miſericordia eius à progenie, &c. Diuerſimodè tamen dicit D. P. Auguſtinus ad Fratres in Aeremo eodem Ser.

Ad Galat. cap. 5. Ser. 6. Pſal. 84. Pſal. 24. Pſal. 95. Pſal. 143. Pſal. 108. Pſal. 102. Lucæ c. 1. Dom. 5. Paſchatæ Reſurrectionis. Pſal. 85. Eccleſiaſt. cap. 4. Ioa. cap. 12. Pſal. 116. Ad Eremitas Serm. 6.

Pulchra D.P.Aug doctrina. vbi ſupra. Iuſtis, & iniuſtis Beatis, & damnatis miſericordiam, cum iuſtitia ſemper agit omnipotens Deus, quia Beatis dat gloriam, quam non merentur habere qui buſcunque bonis commiſsis, & malis dat pœnam quam maiorem merentur habere de malis commiſsis. D. Ergo Pater Auguſtinus nos exhortans verbis vtitur Saluatoris dicentis, eſtote ergo miſericordes, ſicut, & Pater veſter cæleſtis miſericors eſt, imitariuè. Nam Beati miſericordes: quoniam miſericordiam conſequentur, & hæc eſt generalis regula conſequendi diuinam miſericordiam. B. miſericordes, &c. Secunda regula eſt timere Deum timentibus eum, &c. Timentes, aut Dominum glorificat. Tertia regula eſt ſperare in Deo: multa flagella peccatoris, ſperantes autem in Domino, miſericordia circumdabit. Antonius, autẽ noſter Myricius Derthonenſis in ſuo Dilucidario Confeſſariorum auctoritate Saluatoris dicit, ſi vis perfectus eſſe, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & hæc eſt quarta regula, &c. Nam duæ virtutes valde copioſe venient ad iudicium; Charitas, & miſericordia. Charitas enim aliena bona facit ſua iuxta illud, particeps ſum omnium timentium te; miſericordia verò aliena mala facit ſua, ſocij enim paſsionum, ſocij, & conſolationum, &c. Miſericordia tandem noſtra ſecundum D.P. Auguſtinum de verbis Dñi ſecundũ Lucam eſt duplex, prima eſt qua quiſque miſeretur ſui, Eccleſiaſt. fili miſerere animæ tuę placens Deo, mendicat ad te anima tua redis ad conſcientiam tuam, & ibi inuenies animam tuam mendicantem, ęgentem, pauperem, erumnoſum. Quicunque malè, & infideliter viuis. Fili ergo miſcere, &c. Secunda miſericordia eſt. Date elæemoſynam, & hæc omnia munda erunt vobis, date, & dabitur vobis, &c. Concludendũ eſt tandẽ cũ S.Proph. dicente, ego autẽ cantabo fortitudinem tuam. & exaltabo manè miſericordiam tuam, & alibi, venite, & videte opera Domini, tamquam aliquid magnum: ſed ſuper omnia Domini opera, maximum opus eſt Diuina miſericordia; ſuauis Dominus vniuerſis, & miſerationes eius ſuper omnia opera eius de quo opere Diuino D. Leo Papa dicit, Deus omnipotens

Marginal notes: Lucæ c. 6. Matth. cap. 5. — Pſal. 14. — Pſal. 31. — pag. 81. — Matth. cap. 20. — Pſal. 118. — Seconda Cor. c. 1. — Serm. 30. — Cap. 30. — Cap. 11. — Lucæ cap. 6 — Pſal. 58. — Pſal. 65. — Serm. 2. Natiuitatis.

omnipotens,& clemens,cuius natura bonitas, cuius volun- Pſal.145.
tas potentia, cuius opus miſericordia eſt hæc poſtremo
Diuina miſericordia, ne dum dicitur Dei opus: Sed, &
filia eiuſdem, iuxta illud Diui Apoſtoli, Pater 2. Corin.
miſericordiarum, & Deus totius conſola- cap. 1.
tionis. Vtinam itaq; vt & nos ſem-
per inueniamus ipſam nos
plenè conſolantem.
Amen.

LECTIO SEPTIMA

VERS.

FECIT POTENTIAM, ET CAETERA.

In qua agitur de Diuina potentia in ſe, de medio quo vtitur, & de effectibus eiuſdē.

Prou.

Tria neceſſaria ad agendum aliquid.

VVLGO dici ſolet, inter dictum, & factum magnum eſſe tractum, ſiue chaos, vel diſtantiam: quia multi multa dicunt, & nulla, aut pauca, ſiue modica faciunt. Abundant enim ſæpè verbis, reliquis carentes neceſſarijs, ſiue nummis. Nam ad aliquid agendum tria præcipuè neceſſaria eſſe ſolent, ſcientia, potentia, & voluntas, quorum ſi vnum deeſt, reliqua remanent vana. Nam ſcientia dirigit, voluntas imperat, & potentia exit in actum ſecundū. Sic docet Beatus Aegidius noſter Rom. exempli gratia volens, vel cupiens Nobilem ædificare Domum, ſi voluntatem habeat, careatq; nummis, & modulo nihil fit, ſic etiam alio dicitur adagio, ita facit qui poteſt, &c. In diuinis autem operibus nihil horum trium vnquam defuit.

1. Sent. d. 45. Art. 3. ad 4. Arg.

Pſal. 103.

Quam

Quamobrem ad rem dicitur à S.Proph. Quam magnifica ta ſunt opera tua Domine. Exitus enim acta probat, ſiue probauit. Iam dicta tria adfuerant in eiſdem Diuinis operibus. Primo ſcientia, omnia in ſapientia feciſti Domine. Secundo voluntas Deus autem noſter in cælo: omnia quæcumque voluit fecit in Cælo, & in terra. Tertio potentia; quis loquetur potentias Domini? & alibi accinctus potentia, &c. Hinc ad hæc omnia recolenda ad Dei honorem legimus, cantate ei, & pſallite ei, narrate omnia mirabilia eius. Et alibi, Dominus in Cælo parauit ſedem ſuam, & alibi, qui reſpicit terram, & facit eam tremere, & alibi, & virtutem terribiliorum tuorum dicent, & magnitudinem bracchij tui narrabunt, &c. Quæ omnia optimè cognoſcens B. V. Maria dicit, fecit potentiam, &c. Vnde D. Hieronymus lib. primo commentariorum ſuorum ſuper Matth. verbo, ſi vis potes me mundare, dicit, qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat, ſic & B. V. Maria minimè dubitat: imò apertè afferit, fecit potentiam, &c. Tria igitur de more noſtro proponuntur declaranda in hac præſenti lectione. Primum de potentia Dei in ſe. Secundum de medio quo vtitur Deus. Tertium de effectibus eiuſdem potentiæ &c. Quoad primum proculdubio In Deo eſt maxima, & infinita potentia, ſicut cætera diuina attributa. Vnde S. Proph. de eodem Sermone habens dicit, ſemel locutus eſt Deus, duo hæc audiui: quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia. Ratio forſan ab effectu apparebit: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua, dicit S. Proph. vbi D. P. Aug. dicit, poteſtatem eius timete, miſericordiam eiuſdem amate: nec ſic de miſericordia eius præſumatis, vt poteſtatem contemnatis: nec ſic poteſtatem timeatis, vt de miſericordia deſperetis: apud illum poteſtas, apud illum miſericordia. Hunc humiliat, & hunc exaltat, hunc humiliat poteſtate, & hunc, vel illum exaltat miſericordia. Iacobus autem noſter Valẽtinus ibidem dicit poteſtas Dei eſt, ideſt Deus eſt omnipotens, & iuſtus, & ſic tribuet vnicuique ſecundum opera ſua bonis præmium æternum, & pratiũ pro laboribus in Cælo, & malis pratium pœnæ in inferno, &

Pſal. 103. Pſal. 113. Pſal. 105. Pſal. 64. Pſal. 104. Pſal. 144. Pſal. 103. Pſal. 103. Matth. Cap. 8. Tria propoſita. Pſal. 61. Pſal. 74.

no, & miſericordiæ, ſecundum quam tribuit pœnitentibus veniam per temporalem pœnitentiam, & ſic nullum bonum remanet irremuneratum, nec malum impunitũ, &c. Ex quo ad rem Gregorius noſter Coronel. Luſitanus pag. 229. ex pſal. 118. exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam, pœnitentiam appellat medicinam dicens, &c. Hanc ergo ſi negligas, medicinam, grauiſsimum Dei ſubibis iudicium. Diuina namque miſericordia. Dei iuſtitiæ haud quaquam derogat vtraque ſumma eſt, vt ſuperius eodem lib. 9. ad mentẽ D. Ieremiæ dicit reuertere aduerſatrix Iſrael, & non auertam faciem à vobis, & infra eodem loco ex S. Proph. Amplius laua me ab iniquitate mea, & additur ad mentem Diuini Platonis, bonum eſſe mali remedium. Bona itaq; pęnitentia iuxte erit mali, ideſt peccati remedium, &c. Præterea S. Proph. dicit, Domine Deus virtutum, quis ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Vbi D. P. Aug. dicit magna eſt potentiã: tu feciſti cælum, & terram, & omnia, quæ in eis ſunt, ſed plus eſt miſericordia tua, quæ exhibuit charitatem in circuitu tuo, &c. Iacobus verò noſter Valent. ibidem dicit, tu es potens in miraculis faciendis ad vincendum diabolũ, & ad expoliandum infernum, ad delendam Idolatriam. Ad eijciendos foras principes huius mũdi, Diabolum, & miniſtros eius; qui per tot tempora regnauit, &c. Ad liberandum hominem à peccato per paſsionem ſuam, &c. Et hæc omnia magna Domini opera manifeſtè potentiã eiuſdem oſtendunt. Hinc, vt aiunt magiſtratus, ideſt poteſtas virum oſtendit, prout etiam docet Petrus noſter Arragon. lib. ſuo de Iuſtitia, & iure de mente Philoſophi Biantis prianenſis; ita à pari Dominus Deus totius mundi Rex æternus iuxta illud, & ſedebit Dominus Rex in æternum. Quem æternum regem ardenter petebat S. Iſa. dicens, emitte agnum Domine dominatorem terræ, & Paulus noſter Ciera Venetus, in tractatu ſuo de iure principium ex Daniele cap. 2. In diebus autem regnorum illorum ſuſcitabit Deus Cæli regnum, quod in æternum non diſsipabitur, & regnum eius alteri non tradetur.

Lib. 9. de vera Chriſti Eccleſia.

pag. 315. Cap. 3.

Pſal. 50.

Lib. 12 de amicitia.

Pſal. 88.

Ioa. cap. 12.

q. 58. Ar. 12.

Pſal. 82.

Cap. 16.

Cap. 4.

Lucæ. 1.

tur. Ac ſi diceret ſecundum Lucam cuius regni non erit finis,&c. Appellat ibidem Deum Regem totius vniuerſi, & meritò quidem, nulla facta exceptione rerum corporalium, ac ſpiritualium, &c. Hæc omnia exacte cognoſcens B. V. Maria dicit fecit potentiam, &c. Philoſophus inſuper docet qualiter potentiæ cognoſcuntur per eandem actus, & actus per obiecta, & ſic etiã exponunt B. Aegid. Rom. & Paulus Venetus noſtri addentes, & dicentes potentias vtique eſſe priores actibus, gloſando illud eiuſdẽ Philoſophi, res ſicut ſe habet ad eſſe; ita ſe habet ad cognoſci, &c. Cognitione, quia ſiue à poſteriori, non autẽ cognitione propter quid, ſiue priori; ita dicendum eſt, de re cognita, & cognoſcibili per actus ſuos reſpectu noſtri. Vnde ad rem idem Philoſophus docet, potentiam ad maximum terminari, &c. Ita eadem diuina potentia terminata fuit aliquo pacto ſecundum noſtrum intelligendi modum, ad maximam creationis actum ob id S. Proph. dicit, non cognoſci litteraturas, & introibo in potentias Domini, nempe cognitiuè per actum creationis, &c. Qua de re B. Aegid. noſter Rom. docet, diuinam potentiam, ſiue omnipotentiam manifeſtari de mente D. Dionyſij. Primo in rerum productione. Secundo in rerum ordinatione. Tertio in earundem conſeruatione. Quarto in attratione earundem rerum ad ſe, cum ſic, omnium finis, &c. Hæc omnia optimè innuit B. V. Maria dicens fuit, &c. D. P. Auguſtinus verſ. Domine nomen tuum, &c. Domine non ceſſat manus tua, nec poteſtas tua, nec miſericordia. Vnde memoriale operum tuorum in generatione, & generationem. Fuit ergo potentiam, &c. Et idem D. P. Aug. verſ. ipſe dixit, & facta ſunt, &c. Non eſt poteſtas niſi à Deo, à quo non eſt cupiditas, &c. S. autem Proph. oſtendens ab effectu eandem diuinam potentiã, dicit; omnia quęcunque voluit Dominus fecit in Cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyſsis. Vnde D. P. Aug. eod. Pſal. verſ. Domine nomen tuum, &c. Expoſitione litterali dicit, quid enim video, quæ feciſti? inſpicio creationem quam feciſti in cœlo, reſpicio hanc, in partem, in qua habitamus, hinc videò beneficia tua nubium, ventorum,

Lib. de Anima Tex. 33.

Secundo Meth. tex 4. c

Primo cæliter. 116

Pſal. 70.

1. Sen. d. 43. Ar. 3.

Lib. 70de diuinis nominibus.

Pſal. 134.

In expoſitione Myſtica.

Pſal. 32.

Pſal. 134.

Ad Rom. cap. 13. Similia multa.

rum,fluuiarum, &c. Ex quo clarè omnia iſta demonſtrât Diuinam potentiam,de qua D. Apoſtolus dicit, omnem poteſtatem eſſe ab eodem Domino Deo, ac ſi dixiſſet diuinam poteſtâtem eſſe fontem,principium, Et originem omnium poteſtatum eminentius, quam mare omnium fontium, riuulorum, fluminum, cunctarumque aliarum aquarum,vel Cœlum omnium in his inferioribus influentiarum,vel ſolem omnis lucis a iorum Syderum,vel centrum omnium linearum, vel tandem genus Analogicum omnium aliorum generum, ſpecierum, indiuiduorum,

Quæſt. 1. Art. 2.

pſaltem ratione continentiæ.Qua propter B. Auguſtinus noſter Anconitanus lib. ſuo de poteſtate Eccl. Gloſans ęgregieq; declarans iam dicta D. Apoſt. ſententiam, dicit Deum eſſe cauſam cuiuſlibet rei habentis entitatem,

Lib. 10. Meth.

& bonitatem in triplici genere cauſæ, efficientis, formalis,exemplaris,& finalis,ex comentatore, &c. Omnis ergo poteſtas eſt a Deo efficienter ratione eiuſdem deriuationis,formaliter, ratione eiuſdem ordinationis, & finaliter ratione eiuſdem reductionis. Eſt enim in principatibus,& poteſtatibus, ſicut in alijs rebus. Sicut ergo omnia entia cauſantur,& deriuantur ab vno ente, & omnes ſubſtantiæ ab vna ſubſtantia deriuantur; ita omnes principatus deriuantur cauſaliter ab vno principum omnium principe Deo,opt. max. Propter quod ſicut omnes riuuli deriuantur ab vno primo fonte ſic omnis poteſtas, de-

Apoc. cap. 19. Cap. 6.

riuatur ab vno fonte Deo in cuius fæmore ſcriptum eſt Rex Regum,& Dominus Dominantium.Vnde ſapientiæ lib. dicitur,data eſt nobis poteſtas à Deo,& virtus ab altiſsimo. Ecce quomodo effectiuè à Domino Deo eſt omnis poteſtas,& entitas. Secundo formaliter ratione eius ordinationis. Nam in quolibet principatu eſt ordo quidam ſuperioris ad inferiorem,& eſt conuerſo,&c. Tertio omnis poteſtas eſt à Deo finaliter ratione eius reductionis. Nam quam dicit ſumus in hoc mundo ſumus in via, & in quodam bello. In bello autem neceſſariò ſunt aliqui principatus,& aliqui ſubſeruientes, & ideò quandiu ſumus bellatores,& ſumus in exercitu:tandiu Angeli dominantur Angelis,& homines hominibus; quia tota Eccle-

fia

ſa militans eſt terribilis,vt caſtrorum acies ordinata:ſed cum peruenerimus ad Deum tanquam ad terminum, & finem fęlicitatis noſtrę non erimus amplius bellatores, nec amplius neceſſaria erit prælatio. Vnde dicitur à Di. Apoſt. Quod cum ipſe filius tradiderit regnum, ideſt ſuos electos Deo Patri; tunc erit finis, & ſic omnis poteſtas à Domino Deo eſt finaliter ratione eius reductionis. Omnis itaq; poteſtas dependens neceſſariò ſimpliciter eſt ab independente,&c. Sic etiam acceptat,& declarat Hieronymus noſter Scripandus Neapolitanus in Epiſt. ad Rom. Verbo non eſt poteſtas, niſi à Deo, & etiam ſic acceptat, ſiue declarat,ſic etiam Gregorius noſter Coronel Luſitanus,&c. Ex quo claré patet veritas Doctrinæ Diui Athanaſij in ſuo Symbolo dicentis, omnipotens Pater,omnipotens Filius,omnipotens Spiritus Sanctus: non tamen tres omnipotentes:ſed vnus omnipotens,&c. Et Gregorius noſter Ariminenſis de mente D. P. Aug. lib. de fide ad Petrum dicentis, nullus trium alium præcedit æternitate, aut excellit magnitudine, aut ſuperat poteſtate. Loquitur ibidem de Patre, Filio, & Spiritu Sancto, eandem æqualitatem diuinarum perſonarum oſtendit etiam ęgregiè Gerardus noſter Senenſis dicens; Vbicunque eſt magnitudo aliqua cum priuatione maioris, & minoris, ibi eſt æqualitas perfecta ex Philoſopho Diuino Methaphorico, in Diuinis autem ſic ſe habet, ergo, &c. Et idem docet Franciſcus noſter à Chriſto primo Sententiarum vtens fere eiſdem verbis Philoſophi dicens; Nam æqualitas eſt vnitas in quantitate cum priuatione exceſſus, ad quam in quantis finitis conſequitur commenſuratio: at in diuinis ſunt perſonæ realiter diſtinctæ habentes eandem quantitatem perfectionis, vt pote, quarum omnis perfectio ſit ipſa diuina eſſentia, quæ vna & indiuiſa eſt in diuinis perſonis, igitur, &c. Et infra eadem quæſtione in diuinis perſonis eſt pluſquam æqualitas, vt pote: quia diſtinctè exiſtentes in vna ſecundum numerum perfectione conueniunt,

1.Cor. cap 15.

Ad Rom. cap. 13

Lib. 15 de Chriſti Eccleſia.

D. Athanaſius in Symbolo

1. Sen d. 19. q. 1 art 1.

1. Sent. d. 19 q. 1. ar tic. 1.

Lib. 10. Meth.

1. Sent. d. 19. q. 1. 7 Concluſ. 1. & 2.

quæ

quæ conuenientia efficit pluſquam æqualitatem, & ſic re quirebatur Gerardus Senenſis vbi ſupra; probans minorem; quia ſi aliqua perſona eſt minor alia, illa non eſſet
1.p.q.25. perfectus Deus, &c. Potentia verò ſecundum quam di-
Art. 1. & uinæ perſonæ ſunt æquales, eſt infinita, vt docet D. Tho-
q. 4.Ar.6 mas de mente D. Hylarij lib. 8. de Trin. dicentis, quod Deus eſt immenſę virtutis, viuens, & potens, omne autẽ immenſum eſt infinitum, & alibi ex D. Joanne, quæcun-
Cap. 5. que facit Pater, hæc & Filius ſimiliter facit, & in corpore Art. Potentia agendi conſequitur perfectionem naturæ, vt in Creaturis, quantò quis habet perfectiorem naturam, tantò eſt maioris virtutis in agendo, vnde D. P.
Ad Voluſianum. Auguſtinus in Epiſtola ſua dicit, tota ratio facti eſt potentia patientis in rebus mirabiliter factis, &c. Quamo-
Pſal. 92. brem S Proph. dicit, inductus eſt Dominus fortitudinẽ,
Pſal. 64. & præcinxit ſe virtutem, & alibi præparans montes in
Simile virtute tua; accintus potentia, &c. Indumentum enim pulchrum ſolet eſſe perſonæ ornamentum; ita ſuo modo Deus habet pulcherrimum potentiæ ſuæ, & cæterarum
Pſal. 103 virtutum indumentum. De quo forſan alibi dicitur indutus lumine, ſicut veſtimento dicitur enim veſtimentum
Pſal. 92. eius eſſe luminoſum, ſiue, vt lumen ratione infinitæ claritatis ſuarum virtutum. Ob id forſan ſuperius S. Proph. dicit, Dominus regnauit, decorem indutus eſt, &c. Et quatenus indutus fortitudinem, & fecit potentiam, &c. In qualibet natura creata tria ſunt ſubſtantia, virtus, &
D. Thom operatio, dicit D. Thomas de mente D. Dionyſij cap. 2.
1.p.q.54 Angelicæ Hyerarchiæ. Iſta tria in Deo conſiderare poſ-
Ar.3. ſumus, modo tamen diuerſo, quo in nobis ſunt, in quibus ſubſtantia eſt creata, virtus accidens, & operatio accidentalis. In Deo autem non ſic: ſed omnia tranſeunt in diui-
1. Sen. d. 11. art. 2. nam ſubſtantiam abſolutã, vt docet B. Aegidius noſter Rom. &c. Fecit potentiam, &c. En itaq; Diuina operatio ſignificans Diuinam potentiam, quam ſummæ laudat S.
Pſal. 144. Proph. dicens, generatio, & generatio laudabit opera tua; ſicut hodie B. V. Maria laudat dicens fecit potentiam, &c. D. P. Auguſtinus ibidem vbi ſupra dicit, neque enim opera tua laudabunt, niſi vt virtutem tuam annun-

tient.

dent. Proponuntur laudes pueris in Scola, & omnia talia proponuntur, quę laudentur quorum Deus eſt operator. Proponitur homini laus ſolis, cæli, terræ, vt ad minora veniam etiam laus roſæ, lauri Omnia ipſa opera Dei sũt, &c. Et tãdem poſt multa, ſi pulchritudo te delectat, quid pulchrius faciente? ſi autem vtilitas laudatur quid illo vtilius? qui fecit omnia, ſi virtus, & potentia laudatur, quid illo virtuoſius, & potentius à quo etiam facta non dimittuntur: ſed reguntur, & gubernãtur omnia generatio, & generatio Ita, & B. V. Maria, fecit potentiam, &c. Iuſtum erat Domini virtutem eſſe notam, eo modo, quo notificari poterat, & poteſt per ſuos effectus, ſicut fumus ignum, lux, Solem, & ars naturam. Hoc enim Deus optimus ſemper voluit. Hinc S. Proph. dicit, notam feciſti in populis virtutem tuam, & alibi ſaluauit eos propter nomen ſuum, vt notam faceret potentiam ſuam, & quis ergo loquetur potentias Domini? quaſi dicat, nemo perfectè, per potentias intellige actiuas, non autem paſsiuas potentias, nam ſecundum D. Thomam, B. Aegidium Rom. Gregorium Ariminenſem, Gerardum Senenſem, Thomã Argentinam, & Franciſcum à Chriſto Luſitanum, in Deo nulla eſt potentia paſsiua, &c. Et Thomas noſter de Villa noua Beatus lib. ſuorum Concionum Dom 17. poſt Pent. dicit, & docet, ſi pictor pulchram depingeret imaginem aliqua in tabula, & illi viſum dare poſſet, & ſenſũ, vt ſe ipſam, & pulchritudinem ſuam videre poſſet, & pictorem ſuum agnoſceret, & coram ſe videret, quo amore, quaue beneuolentia exiſtimas ipſum diligeret? aut quid aliud imago illa tota conatu ageret, quam amare, laudare, colere, & venerari pictorem ſuum à quo temporale habuit eſſe? à minori ad maius, &c. Summus pictor Deus dixit, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram, &c. Et Iob manus tuæ Domine fecerunt me, & ſponſus in Cantica. Tota pulchras es amica mea, &c. Supereſt itaq; vt toto conatu etiam, & ipſa viua Dei imago factorem ſuum laudet, & dicat, quis loquetur potentias Domini, &c. Auditas faciet laudes eius. B. Aegidius noſter Rom. fundamentaliter dicit, non agit, quod non

Valde notanda.

Multa ſimilia.

Pſal. 78. Pſal. 105.

P. p q. 25. art. 1. 1. Sen. d. 42. q. 1. art. 1. Ibidem q. 1. art. 1 1. Sen. d. 42. q. & art. 1. Ibidem q. 1.

Pulchrũ ſimile.

Gen. c. 1. Iob c. 10. Cãt. c. 10 Pſal. 105. 1. Sen. d. 42. art. 2. 2. q.

poteſt agere, Deus agit ergo poteſt agere. Hæc autem omnia ſciens B. V. Maria, vt pulcherrima Dei imago cæleſtem recognoſcens pictorem ſuum dicit fecit potentiam, &c. Nulla autem à pictore ſine manibus fieri poteſt imago: quia manus eſt organum organorum ſecundum Philoſophum vbi Paulus noſter Venetus dicit, animam autem ſicut manum, & potentiam potentiarum. Hinc habemus medium quo vſus eſt ſummus Artifex Deus, fecit potentiam in brachio ſuo, & hoc fuit ſecundum propoſitum declarandum. Quapropter ad rem S. Proph. apertè dicit, Cantate Domino canticum nouum. Ratio: quia mirabilia fecit, &c. Quo medio reſpondet S. Proph. ſaluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius, de quo rationabiliter B. V. Maria dicit, fecit potentiam in brachio ſuo, ideſt Chriſto, per quem omnia facta ſunt. Vbi B. Albertus noſter Patauinus Ser. 1. natiuitatis Domini verbo omnia, per ipſum, &c. Dicit, tria eſſe de ratione principijs. Primum pro ſit æternum. Secundum, quod ſit intellectuale. Tertium, quod nihil ſibi ſit nouum. Hæc autem omnia cum clarè eſſent nota B. V. M. & conueniant Chriſto Domino noſtro eius Filio, cum ſit ſplendor, & virtus Dei ſecundum D. Apoſt. dixit, fecit potentiam, &c. Et idem B Albertus Patauinus eodem loco, verbo per ipſum illa dictio per, non dicit inſtrumentum: ſed principale agens, quod in Sacris Scripturis appellatur brachium dextrum, de quo legimus apud S. Prophetam. Donec annunciem brachium tuum omni generationi quæ ventura eſt, &c. Quando quis apud aliquem principem ſatis valet, ſiue multum poteſt, dicere ſolemus talem eſſe brachium dextrum, ſiue oculum illius principis. Ita, & fortius de Chriſto dicere debemus, cum ſibi data ſit omnis poteſtas in cælo, & in terra, alibi, omnia mihi tradita ſunt à patre meo, fecit ergo potentiam. De hoc autem Sancto bracchio dicitur, in manu potenti, & in bracchio excelſo. Bracchium includit manum, manus autem digitos, &c. De quibus dicitur alibi, emitte manum tuam de alto, &c. Et alibi dextera Domini fecit virtutem, &c. Et alibi pſal. 8. opera digitorum tuorum, &c.

Marginalia: Lib. 3. de Anima Tex. 38. — Sap. c. 7. — Pſal. 95. — Ioa. cap. 1. — Tria de ratione principij. — Ad Hebr. cap. 1. — Pſal. 60. — Prou. Simile Matth. cap. 28. & c. 11. — Pſal. 135. — Pſal 143. — Pſal. 117. — Lucæ cap. 24. — Pulcrum ſimile.

per

per bracchium igitur Dominus Ieſus Chriſtus potens in opere, & Sermone intelligitur, per quem fecit potentiam, id eſt exercuit, & dicitur forſan bracchium Metaphoricæ ratione vnionis Hypoſtaticæ. Nam ſicut bracchium vnitum, ſuppoſito, ſiuè perſonæ immediatè exercet perſonæ operationem; ita ſuo modo natura humana vnita verbo Diuino exercuit, ac exercet Diuinas operationes. Hinc S. Proph. ad rem dicit, & orat fiat manus tua ſuper viſum dexteræ tuæ, &c. Et alibi per idem bracchium manui vnitum dicit, tu ſolus mirabilia facis. Fecit ergo, &c. His ſic declaratis accedendum eſt ad tertium propoſitum. Effectus itaq; iſtius Sancti bracchij, ſunt omnia creata, viſibilia, & inuiſibilia naturalia, & miraculoſa præcipuè tamen ſuperborum diſperſio, ſiue humiliatio, de qua B. V. M. dicit, diſperſit ſuperbos, &c. Quod etiam ſatis clarè docuit Sanctus Proph. dicens, Tu humiliaſti, ſicut vulneratum ſuperbum in bracchio virtutis tuæ, diſperſiſti omnes inimicos tuos, & taliter humiliaſti, & humiliati ſunt, vt ſint, & meritò quidem ſcabellum Domini pedum iuxta illud donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, & alibi etiam à Spiritu Sancto quodammodo clarius prædictum fuit idē, ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Tu ergo humiliaſti, &c. Humilitas duplex eſt ſecundum D. P. Auguſtinum, vtilis, & pœnalis, verſ. Chanaam occidit Deus, &c Humiliaſti ſuperbum, &c. Intelligitur de humilitate pænali, non autem de humilitate vtili, vbi D. P. Aug. dicit humiliaſti te, & humiliatus eſt ſuperbus, de humilitate autem vtili D. Apoſt. loquens dicit, humiliauit ſemetipſum, factus eſt obediens vſque ad mortem, &c. Vulneratus nempe Chriſtus vulnerauit ſuperbum Diabolum, dato tantò humilitatis exemplo didicerunt homines damnare ſuperbiam ſuam, & imitari humilitatem. Vulneratus dupliciter concipitur, ſanabiliter, & læthaliter, id eſt mortaliter Homo in hac vita vulneratus, id eſt ſuperbus, dicitur vulneratus primo modo non autem ſecundo, poteſt enim deponere ſuperbiam ſuam ſequi humilitatem, & ſic ſanabiliter.

Pſal. 79. Pſal. 85. Tertium propoſitum. Pſal. 88. Pſal. 109. Pſal. 90. Pſal. 134. Pulchra diſtinctio. Ad Philip. cap. 2. Pulchra diſtinctio.

ter. Demon autem eſt vulneratus ſecundo modo, cum iam ſit damnatus. Vnde D. P. Auguſtinus verſ. occidit
Pſal. 134. Deus,&c. Chanaam, ideſt ſuperbus. Cum venerit Iudex, qui modo irridetur tunc ſuperbos pœnaliter humiliabitur. Demon ergo, & membra eius, quorum ſuperbia ſem-
Pſal. 73. per creſcit, & augetur iuxta illud, ſuperbia eorum, qui te oderunt aſcendit ſemper. Tunc itaq; pœnaliter humiliabuntur Demones vna cum ſuis amicis,&c. Reddet il-
Pſal. 93. lis iniquitatem ipſorum, ideſt pœnam, & malitiam eo-
Pſal. 88. rum diſperdet,&c. Iſta eorum diſperſio à duobus erit, ab eorum malitia, & à Diuina iuſtitia. Fecit ergo potentiã, &c. verſ. Tu humiliaſti, &c. Dicit Iacobus noſter Valentinus ibidem, tu humiliaſti Pharaonem ſuperbum, diſperſiſti, & vulneraſti omnes ſeruos eius per paſsionem, & reſurrectionem tuam, humiliaſti diabolum, ſuperbũ, ſicut vulneratum, & victum à te, in bracchio virtutis tuę, &c. Vt accidere ſolet in vulneratis in bello, vel alibi extra bellum, fecit ergo potentiam, &c. Ob id in hoc ſæculo meritò remanſit eiuſdem memoria ęterna, iuxta illud,
Pſal. 101. & memoriale tuum, à generatione in generationem; ſed
Pſal. 73. pro clariori intelligentia, verſ. pſal. Superbia eorum,&c.
2. Sen. d. 42. q. 2. Art. 3. Antequam terminetur præſens lectio dicendum eſt cum B. Aegidio noſtro Rom. de mente Diui Gregorij Moral.
2. Sent. d. 7. q. 1. art. 2. cap. 31. Superbiam eſſe quaſi reginam in Regno vitiorum, & quaſi truncum omnium peccatorum &c. Et cum eodem B. Aegidio alibi exponente iam dictum verſ. Superbia eorum, &c. Dæmon ſemper quæſit propriam excellentiam: quia hoc eſt ſuperbia ſemper aſcendit iſta ſuperbia, vt verificetur ſuperbia eorum, &c. Quia in omnibus quærit ſe, & omnia quærit propter ſe. Propter quod totum in amorem propriæ excellentiæ vertitur. Qui quidem amor eſt ſuperbia, &c. Vnde ſi dolet de ammiſsione ſupernæ beatitudinis, hoc eſt propter ſe ipſum, &c. Fecit ergo potentiam, &c. Et memoriale ſuum à generatione in generationem, &c. Vt nam ergo memoriale hoc in noſtram ſit ſemper ſalutem. Amen.

LECTIO OCTAVA VERS.

DEPOSVIT POTENTES DE SEDE, ET CAETERA.

In qua agitur de vanitate humana, & creata potentia de breuitate, & de fragilitate eiuſdem.

VVLGO dicere ſolemus, lapides ſurſum proijciẽtes eoſdem pati, & recipere contra ſe, ſiue ſupra ſe cadentes, lapides autem proijcere ſecundum communem animi cõceptionem, primum ſtultorum ſolet eſſe ſignum. Idcirco tales, ſiue hi admonentur à Spiritu Sancto per Sanctum Proph. dicentem, ſtulti aliquando ſapite, vt ſtultitiam deponentes ad veram animi ſapientiã redeant, nam ad rem contra eoſdem ſtultos dicitur narrauerunt, vt abſconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? ſcrutati ſunt iniquitates, defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, & parum infra, ſagittæ paruulorum, factę ſunt plagę eorum, & in-

Prou.
Prou.
Pſal. 93.
Pſal. 63.

Simile. & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum, &c. Stulti enim ſæpè, vt pueri inconſtantes vndequaq; ſagittantes, ac lapides, ſeminantes ſurſum, ac deorſum proijcientes, nec non ſuper eoſdem cadentes, &c. Sic accidit ſtultis, vnde remanent percuſsi, &c Et linguæ eorum infirmantur contra ſe ipſos, ex quo verificatur aliud Propheticum

Pſal. 72. dictum. Poſuerunt in Cœlum os ſuum, lingua eorum tranſijt in terra, &c. Proiecti ergo lapides ſurſum ſuper proijcientes ſæpè cadunt, &c. Idem forſan innuere voluit

Actum Apoſt. cap. 19. Saluator noſter admonens Saulum poſtea Paulum dicẽs illi, durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Vnde proculdubio contra ſtimulum (vt ſtulti calcitrant, omnes

Simile ſubditi, & inferiores competentes de pari cum ſuis ſuperioribus) nonne maximè rediculum eſſe videre formicã pugnare, vel pugnantem cum magno Gigante, vel ferociſsimo Leone? ita ſuo modo ſunt ſubditi pugnare volentes de parè, ſiue præſumentes cum ſuis ſuperioribus, ac maioribus; quantò magis (à minori ád maius) creaturæ omnes Deo omnipotenti ęquiparari appetentes, vel cum eodem pugnare vanè volentes, &c. Cum ſint apud Deum abſq; vlla comparatione, velut, ac etiam ſatis minus, quam formica apud, vel prope Gigantem, vel etiam

Pſal. 18. maximum Leonem, Exultauit enim, vt gigas ad curren-

Pſal. 32. dam viam: à ſummo cælo ęgreſsio eius, cuius cæleſtis Gigantis vim magnam oſtendens S. Proph. dicit, verbo Domini cæli firmati ſunt; & Spiritu ori eius omnis virtus eorum. Congregans, ſicut in vtre acquas maris, ponens in Theſauris abyſſos. Hinc ad rem ſequitur dicens. quaſi concludens timeat Dominum omnis terra; ab eo autem commouentur omnes inhabitantes orbem. Ratio potiſſima: quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt, & parum infra eodem pſal. comparans hominem,

Pulchra ſimilia etiam Regem ad ipſum Deum dicit, non ſaluatur Rex per multam virtutem & dato, quod homo ille etiam Rex eſſet potens, vt gigas, adhuc Deo opt. credere, ac omninò cædere debet. Vnde ſequitur Sanctus Proph. eod. Pſal. dicens, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ, & dato etiam, quod gigas ille æquum haberet fortiſ-

ſimum.

ſimum. Adhuc ſequitur pſal. fallax æquus ad ſalutem: in abundantia virtutis ſuæ non ſaluabitur. Quadere Sanctus ille patiens Iob Sermonem ſuum ad Deum dirigens dixit non iuſtificetur homo compoſitus Deo ſi voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore, quis reſiſtet ei, & pacem habebit? qui tranſtulit montes, & neſcierunt hi, quos in furore ſuo ſubuertit, qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur. Qui præcipit ſoli, & non oritur, & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extēdit Cælos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris, &c. Et D. Iſaias in Domini Dei Perſona loquens, dicit. & viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo, &c. Hæc autem omnia certò ſciens B. V. M. ſuperius dixit fecit potentiam, &c. Modò reddens rationem, quaſi ab effectu dicit depoſuit potentes, &c. Tria itaq; de more noſtro proponuntur declaranda in hac præſenti lectione, quorum primum eſt vanitas cuiuſcunque potentiæ creatæ ad Dei potentiam comparatæ. Secundum eſt breuitas eiuſdem. Tertium eſt fragilitas ipſiuſdem. Quo itaq; ad primum Eccleſiaſtes idem docet dicens, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Ergo inter omnia vana computatur, etiam quæcumque humana potentia, & dignitas, cum omnia ſint vana, & ad rem, patiens ille Iob quaſi admirans maximam Dei potentiam, maximamque humanam miſeriam Deum alloquens dicit, contra folium, quod vento rapitur oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris? quæcumque igitur humana, vel etiam creata potentia ad diuinam potentiam comparata (abſq; dubio) eſt veluti folium tempore nuctumnali ante faciem venti, de facili idē folium auferentis, atq; agitantis circum circa, velut etiā ſtipula ſicca tempore æſtiuo ante faciem venti, velut etiam puluis (additur) quem validus ventus extollens diſpergit, iuxta illud propheticum, fiant tanquam puluis ante faciem venti, & alibi non ſic impij, non ſic, ſed tanquam puluis, quem proijcit ventus á facie terræ. Velut

Iob. cap. 9

Iſaias cap. 13

Tria propoſita.

Cap. 1.

Iob c. 13.

Pulchra ſimilia ſcriptura lia.

Pſal. 34.

Pſal. 1.

Pſal. 17.

Pſal. 7.

Pſal. 19. etiam lutum platearum,& comminuam eos,vt puluerem ante faciem venti,vt lutum platearum delebo eos,& alibi,gloriam meam, ideſt potentiam, in puluerem deducet. Vbi D. P. Auguſtinus ſic dicit,hic eſt ilie puluis, quē proijcit ventus a facie terræ, ſuperborum, ſcilicet, vana, & inepta lactantia,& inflata,& non ſolida,tamquam vento elatus pulueris Globus, & ferè idem docet idem D. P. Auguſtinus verſ. comminuam eas, &c. Aridi enim ſunt non recipientem imbrem Diuinæ gratiæ,ſiue miſericordiæ,& elati,atque inflati ſuperbia à ſpe firma, & inconcuſſa tanquam à terræ ſoliditate,& ſtabilitate rapiantur, vt lutum platearum delebo eos, per latas quas multi ambulant perditionis vias, luxuriantes, & lubricas, delebo eos, &c. B. ergo V. Maria hæc ſingularia filij ſui opera ſciens in laudem eiuſdem rationabiliter dicit depoſuit potentes, &c. Totum id præuiſum fuit à Spiritu Sancto Per S. Proph. dicentem, potentiam tuam Deus vſque in altiſsima,quæ feciſti magnalia,Deus quis ſimilis tibi. Vbi Caſsiodorus dicit ſic magnitudo ſiquidem facti potentiam teſtatur auctoris, &c. Et Iuris conſulti ad rem dicūt

Pſal. 70. L. iii. ff. de Arb. c. ap. l. præcipimus. ff ad trebel. l. ille a quo.

ſic,par parem cogerem non poteſt. Et alibi par in parem imperium non habet, nec minor in maiorem his ſic ſtantibus clarè patet qualiter. Quæcumque creata potētia nullo pacto ad diuinam comparari poteſt, nec eidem aliquo modò reſiſtere,ſiue repugnare poteſt. Vſque ergò in altiſsima quæ feciſti magnalia, Deus;quis ſimilis tibi. Atquæ nam ſunt illa altiſsima? niſi illæ primæ creaturæ Angelicæ contra quas iure optimo diuinam exercuit iuſtitiam, cum depoſuit potentes, &c. Contra quos iuxtè clamat S. Proph: dicens diſperge illos in virtute tua, &

Pſal. 58. depone eos protector meus Domine. Dei enim munus proprium eſt deponere potentes indignos, &c. Nam in

Pſal. 88. præcedenti lectione concluſum fuit, quod Filius Dei dicitur bracchium Dei, &c. Nam in bracchio virtutis tuæ

Pſal. 78. diſperſiſti inimicos tuos, & alibi, ſecundum magnitudinem bracchij tui,&c. Cui bracchio diuino conuenit de-

Pſal. 36. ponere potentes,&c. De quibus,vel contra quos dicitur,

Simile quoniam bracchia peccatorum conterentur,& parum in

fra

fra eodem pſal gladius eorum intret in corda ipſorum, & arcus eorum confringatur. Nam ſi duo gladiatores ad inuicem pugnare vellent æquum, & iuxtum eſſet, vt eorum quilibet propria haberet arma,& membra, ne pugna impar eſſet, & ita iuxta;ita à pari, Dominus Deus deponens potentes de ſede iniquitatis, debuit vti brachio virtutis ſuæ, contra bracchia iniquitatis, vt par eſſet pugna. Vnde Saluator dicit dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, &c. Et S. Proph. à fortitudine manus tuæ ego defeci,&c. Si autem fortior illo (ſequitur Saluator) vniuerſa eius arma auferet, &c. Hinc in figura Domini noſtri Ieſu Chriſti S. Proph. dicit, benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prelium, & digitos meos ad bellum. Quod quidem bellum iuxtum fuit propter rebellionem ipſorum Demonum ipſi Deo factā. Nam ipſemet Deus non priuat, neque deponit aliquos ſine iuxta cauſa, iuxta illud S. Proph. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia, & alibi, iudica nocentes me,& expugna impugnantes me,&c. Et ab oppoſito. Quod iſti obſeruantes vanitatem ſuperuacuè, & alibi Dominus ſcit cogitationes hominum:quoniam vanæ. Et multò magis Demonum. Idcirco iuxtè depoſuit, &c. Hinc egregiè locum habet illud pſal Inimici verò Domini mox, vt honorificati fuerint, & exultati deficientes, quemadmodum fumus, deficiunt. Vbi D. P. Auguſtinus dicit, fumus à loco ignis erupens in altum extollitur, & ipſa elatione in globum magnum intumeſcit, ſed quantò fuerit globus ille grandior:tantò fit vanior, &c. Sic accidit potentibus illis Demonibus, & ſuis ſequacibus olim ab omnipotente Deo iuſtis de cauſis depoſitis. Ob id Sanctus Proph. idem innuens dicit, ſuperbia eorum, qui te oderunt,aſcendit ſéper,&c. Et ſic ſemper euaneſcit,ac deprimitur,quia alibi dixit S. Proph. annunciaui iuſtitiā tuam in Eccleſia magna, & alibi, & iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo:ſed potius pronunciaui,&c. Depoſuit ergo,&c. Propter eorum ſuperbiam Vnde ad rem Bartholomeus noſter Vrbinas in milleloquio D. P. Aug. verbo ſuperbia de mente eiuſdem D. Patris Tom 3. cap. 35. Su-

Lucæ cap. 11.
Pſal. 38.
Pſal. 143.
Pſal. 83.
Pſal. 34.
Pſal. 30.
Pſal 93.
Pſal. 36.
Simile
Pſal. 73.
Pſal. 39.

d. 12. cap. ꝙ abſq; &c. 35. Superbia malum non emendat: ſed excuſat, ita homines ſuperbi, &c. Hinc Canon dicit non debet à capite, vel non decet à capite membrum diſcedere: ſed iuxta Scripturæ teſtimonium omnia membra caput ſequuantur: ſed caput dæmonum Lucifer à Cælo meritò eiectus fuit, ergo & membra eius. Ob id dicit B. V. Maria depoſuit potentes pluraliter, & non potentem ſingulariter. Et eodem loco parum infra Canon ſic habet præceptis Apoſtolicis, non dura ſuperbia reſiſtatur: ſed per obedientiā ſalutiferæ impleatur, &c. Præceptis Apoſtolicis non eſt reſiſtendum, multò minus diuinis, &c. Dicit Canon dura ſuperbia propter animi duritiem, &c. Depoſuit ergo, &c.

Eod. loco Canonis.

Simile. Si quis videret ingratum famulum de pari cum Domino ſuo competentem; nonne totus mundus eum damnaret? ſic in præſentiarum accidit. Ob id depoſuit, &c. Potentes per Leones ſignificantur contra quos dicitur, Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, & molas Leonum cōfringet Dominus. & ad nihilum deuenient tanquā aqua decurrens, &c. Vide vanitatem eorundem: quia tanquā aqua decurrens, &c. Depoſuit potentes, &c. Quis Leonibus potentior? & tamen à ſuperiori, & fortiori ſuperantur, &c. Leo diabolum Methaphoricę ſignificati ſecundū D. Petrum Apoſtolum dicentem, Fratres ſobrij eſtotę, &c. Quia aduerſarius veſter diabolus tanquam Leo rugiens, &c. Et S. Proph. pſal. Domine quando reſpicies reſtiuè à malignitate animam meam, & à Leonibus vnicam meam, & alibi, ſuper aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem, & D. P. Auguſtinus ſuper pſal. verſ. ne quando rapiat, vt leo, & non ſit qui eripiat, dicit quid eſt ſicut leo? ſicut fortis, ſicut potens, ſicut ille cui nemo reſiſtere poteſt ad hoc retulit, vt diceret leo ponitur in laude, ponitur in vituperium, ſiuę in vituperationem dictus eſt leo diabolus aduerſarius veſter, &c. Propter immanem ſeuitiam. Chriſtus dictus eſt leo propter ingentem fortitudinem, vicit Leo de tribu Iuda. Idem D. P. Aug. verſ. poſuiſti tenebras, &c. Catuli leonum rugientes, &c. Quid intelligam ſpiritualiter Catulos leonum. Niſi ſpiritualia nequitia? quid intelli-

Pſal. 57.

Epiſt. ſua 1. cap. 5.

Pſal. 14.

Pſal. 90.

Pſal. 45.

Apoc. c. 5

Pſal. 103.

gam niſi mala Demonia, quæ demonia paſcuntur hominem erroribus. Sunt enim Principes demoniorum, ſunt, & demonia quædam contemptibilia. Iſta demonia ſeducere animas quærunt,&c. Per catulos itaq; leonum intelligit demones,qui,vt leones aliquo pacto dicuntur Principes. Leo enim ſecũdum naturales dicitur Rex animalium, vt refert Pelbartus, & ſecundum B. Iordanum noſtrum, & Paulum noſtrum Venetum ſigno 5. cæleſti, leo eſt ferociſsimum animal. Vnde conſequenter ratione regni,& ferocitatem eiuſdem animalis, de facili colligitur, clareq; habetur eiuſdem ſuperbia Deo ſemper odibilis. Quo circa D. P. Auguſtinus ſuper Matth. verbo. B. Pauperes ſpiritu lib. 1. de Sermone Domini in monte Initiũ ſapientię eſt timor Domini, & eſt cõtrario initium omnis peccati ſuperbia, de qua Alonſus noſter Oroſus Hiſpanus de mente D. Patris Aug. lib. 14. de Ciuit. Dei cap. 7. dicit multi ſuperbiunt de bonis, quæ habent,ac ſi non haberent de Domino Deo ex pſal. 11. labia noſtra à nobis ſunt quis Dominus noſter linguam noſtram magnificabimus, & ſecundum D. Apoſt. ad Gal. cap. 5. & 6. qui ſe exiſtimat aliquid eſſe, cum nihil ſit, &c. Et ſecundum D. P. Aug peccator minus eſt quam nihil: quia peccatũ eſt, ſiue ipſo factum eſt nihil, qui facit peccatum ſeruus eſt peccati:ſeruus autem minus eſt,quam Dominus ſuus, &c. Et ab hoc vitio tamquam ab arbore oriuntur rami, ſiue filij 12. quorum Primus eſt curioſitas. Secundus leuitas. Tertius lætitia ſuperflua. Quartus inſtantia. Quintus partialitas. Sextus arrogantia. Septimus præſumptio. Octauus defenſio propriæ culpæ. Nonus confeſsio ficta. Decimus rebellio. Vndecimus libertas vitioſa. Duodecimus mos, ideſt conſuetudo peccandi. Hos filios accipit ex D. Thoma,& Ioannes Paulus Berlendus noſter Bergomenſis lib. ſuo Scalæ Iacob ex Eccleſiaſtico cap. 25. tres ſpecies hominum odiuit anima mea pauperem ſuperbũ, diuitem mendacem, & ſenem fatuum, ſiue inſenſatum, &c. 3. de 2. beatitudine. Verbo Beati mites. Superbia directè Deum immediatè offendit. Conuenit aduerſus Deũ erecto collo. Quoniam de mente Boetij. Cætera pecca-

2. ſermo. verb. beſtia 1. ſpeciali de natura Leonis ff 15. Lib. de Sanctis. Serm. 9. Lib. de compoſitione mũdi cap. 2 Cap. 5. Cap. 1. & 2. Lib. 1. cõſcientiæ examinis, cap. decem præcepta de ſeptem peccatis mortalibus. Ioa. cap. 1. 2. 2. q. 16. Ars 4. Beatitudine 1. trac. cap. 1. Iob. c. 15.

ra fugiant à Deo, ſed ſuperbia opponitur Deo, ſiue mili-
tat aduerſus Deum, cætera peccata ſeparant hominem à
Deo quaſi per interpoſitam perſonam, aut voluptate, aut
Iſaias ca- vtilitate, vt libido, & auaritia: ſed ſuperbia per ſemetip-
pi. 14. ſam concurrit aduerſus Deum per Iſaiam Proph. in Cæ-
Gen. c. 3. lum conſcendam &c. Et Geneſis eritis ſicut dij, &c. Si-
cut maiori reprehenſione dignus eſt Dux militans con-
tra Principem iniuſtè, vt ſe ipſi opponat quam miles pri-
Simile uatus pugnans propter vtilitatem Sic, &c. Initium om-
Eccleſiaſt nis peccati ſuperbia, quam S. Iob deſerti vento aſſimila-
cap. 10. uit dicens, irruit ventus validus à regione deſerti, tandē
Iob c. 1. nullum vitium tam damnoſum, vt ſuperbia, & nulla vir-
Lucæ tus, tam vtilis, quam humilitas. Qui ſe exaltat humilia-
Cap. 18. bitur, &c. Hinc Aurelius noſter Liarienſis in ſuis Serm.
Fer. 3. 2. Quadrageſimalibus manu ſcriptis ſuper Matth. verbo.
Domin. Qui ſe exaltauerit humiliabitur, & qui ſe humiliauerit,
Quadrag exaltabitur De mente D. P. Aug. ad Fratres in Aeremo
Matth. dicentis ſuperbiam caput eſſe, & matrem omnium vitio-
cap. 23 rum & Adeodatus noſter de Pinna bilorum etiam in ſuis
Cap. 15. Serm. Quadrag manu ſcriptis eadem Sermone, & verbo
ſiue ſer- de mente D. P. Auguſt ſuper Pſal. verſ. Vouete, & red-
mon. 15. dite. Non ſuperbire omnibus æqualiter præcipitur Et ex
Fad. ter Pſal. verſ quia defecerunt ſicut fumus dies mei. O dies,
3. 2. Dom ſi dies: vbi enim auditur, lux intelligitur: ſed defecerunt
quadrag. dies, id eſt tempora mea Vnde ſicut fumus, niſi propter
Pſal. 75 elationem ſuperbiæ? videte fumum ſuperbiæ humilem,
Pſal. 101. aſcendentem, tumeſcentem, vaneſcentem: merito ergo
deficientem: non vtiq; permanentem, ergo, &c. Quid de
Hom. 28. ſuperbia vana dicendum ſit clarè patet, & confirmatur
ab eodem de mente D. Gregorij ſuper Ioannem, cap. 4.
verbo erat quidem regulus cuius filius infirmabatur.
Quid eſt hoc niſi quod ſuperbia noſtra retunditur qui in
hominibus non naturam qua ad imaginem Dei facti ſunt:
ſed honores, & diuitias veneramur. Redemptor noſter,
vt oſtenderet: quia alta hominum deſpicienda ſunt, &
quæ deſpecta ſunt hominum, deſpicienda non ſunt, &c.
Increpata eſt ergo ſuperbia noſtra, quæ neſcit penſare ho
mines propter homines. Sola, vt diximus, quæ circumſtāt

homi-

hominibus penſat, naturam non aſpicit, honorem Dei in hominibus non agnoſcit, &c. Ecce mundus, qui diligitur, fugit, &c. Et intra fugientem ſequimur labenti inhęrentes, &c. Et parum ſupra eodem Serm. dicit & tamen humiliati in terra contemnimus, qui de terra, &c. Vide ergo maximam ſuperbiæ vanitatem, &c. Initium ergo omnis peccati ſuperbia; ſuperbi autem etiam terrarum regna diligunt, &c. Ita dici poteſt de ſuperbis demonibus, Dei ęqualitatem indebite appetentibus ex Diuo Iſaia cap. 14. In Cælum conſcendam, & ſimilis ero altiſsimo, & B. Aegid. noſter Rom. ex D. P. Auguſtino lib. 9. noui, & vet. teſt. elatione inflans diabolus voluit dici Deus: ſed oppoſitum ſibi accidit cum voluerit ſine meritò aliquo beatitudinem habere. Hinc meritò quidem à Cælo fuit expulſus, & etiam à mundo, iuxta illud Saluatoris; nunc Princeps huius mundi eijcietur foras, Princeps, ideſt Tyrannus, & ſic verificatur illud pſal. molas leonum confriget Dominus, &c. Depoſuit ergo, &c. D. P. Auguſtinus ad rem ex primo Regum cap. 16. Dicit prius tamen quam veniret Dauid cum iam vnctus eſſet a B. Samuele ſicut, & ipſe Saul ſugeſsit primo Reg. cap. 17 & leonem, & vrſum ſine armis occidit; ſed & leo, & vrſus ambo figuram diaboli præſeferebant; qui pro eo quod de ouibus Dauid aliquid inuadere auſi ſunt. Ipſius Dauid virtute ſunt ſuffocati. Hoc totum Fratres chariſsimi, quod in Dauid legimus figuratum in Domino Ieſu Chriſto cognoſcimus eſſe completum. Tunc, & leonem, & vrſum ſtrangulauit: quando ad inferna deſcendens omnes de eorum faucibus liberauit; deniq; audi Proph. Ex perſona Domini ſupplicantem, de ore leonis libera me Domine, quia vrſus in manu fortitudinem habet, & leo in ore, &c. Quid mirum ergo ſi Dominus contriuit dentes leonis, &c. Et hoc cum potentes depoſuit de ſede Tyrannica; vnde S. Iſaias dicit figuratiuè in perſona Domini, vocaui fortes in ira mea, &c. Depoſuit, &c. De dentibus verò contritis, legimus: quoniam tu percuſsiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes eorum contriuiſti dentes autem ſunt in duplici differentia maiores, & minores,

D. Thomas p. p. q. 63. Ar. 3.

2 Sent. d. 5. p. 2. Ar. 2.

Ioa. cap. 12.

Pſal. 57.

De tempore Ser. 197.

Pſal. 21.

Iſaias cap. 13.

Pſal. 3.

Simile

minores

mo ores ſiue interiores diuidunt commeſtibile, molares verò diuiſum conterunt : ita demones ſuperbi ſunt, vt maiores,& minores, frangentes fideles ſuis ſuggeſtionibus eoſdem conterendo diuerſis peccatorum generibus. Hanc vim,& potentiam, ſiue fortitudinem demones tanquam leones crudeles nō amplius, ita habent ſicut prius : quia depoſuit potentes,.&c. Hinc dicitur conturbati ſūe montes id eſt ſuperbi demones in fortitudine eius, id eſt Dei Hinc ſequitur Pſal. Conteret,& confriget arma, id eſt dentes, & ſcuta comburet igni (ſupple) inferni, cum depoſuit, &c D. P. Auguſtinus docet leonem infirmum quęrere ſciniam qua deuorata, conualeſcere ſcimiam ægrotantem ſanguinem canis potato, ſanari vrſum formicas, leopardum capreas vitis ſerpentes ferculum, ob eandem cauſam commedere: ad rem de leone ſcimiam commedente propter ſanitatem recuperandam; ita ſuo modò diabolus, quaſi leo infirmus humanas animas ad ſimilitudinem Dei factas, ſemper quærit, vt deuoret, vt ſuperius docuit D. Petrus Apoſtolus gaudet enim ipſe diabolus perditione noſtra, ac ſi commederet nos, & quodammodo ſanaretur, vt leo, vnde S Proph. immortales gratias agens Deo dixit, in hoc cognoui : quoniam voluiſti me : quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. D. P. Aug. aliam affert expoſitionem eodem pſal. & verſ. quare (dicens) fremuerunt gentes, &c. Et quando inſidiabantur Domino, licet ne dare tributum Cæſari? Aſpides erant, ſerpentes erant, contriti ſunt dentes eorū in ore ipſorum,&c. Diuinis illis reſponſionibus, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.& quæ ſunt Dei Deo. Sicut etiā reſpondit adultere accuſatoribus dicens, quis ſine peccato eſt veſtrum mitat prius lapidem in ipſum, &c. Vnde ſequitur D. P. Aug. inſidiantes captioſis interrogationibus cogebantur reſponſione ſua vinci. Poſtea clamauerunt, crucifige, crucifige, iam non lingua aſpidis : ſed fremitus leonis,&c. Qua propter Iac. noſter Valen. ibidem notat, qualiter leo habet dentes quibus ſcindit, & molares quibus conterit raptum cibum; ita ſcribæ,& Phariſei habebant dentes, quibus decimas, primitias, & oblationes

[Marginal notes: Pſal. 45. — Ad Fratres in eremo Serm. 55. — Epiſt. 1. Cap. 5. — Pſal. 20. — Pſal. 57 — Matth. cap. 22. — Ioa. c. 8.]

nes ſecundum hanc poteſtatem ſacerdotalem rapiebant hæc omnia, &c. Secundo habebant poteſtatem iuriſdictionis Ciuilis ſignificatis morales dentes, quibus opprimebant pauperes: & talibus dentibus oppreſſerunt, & iniuſtiſsimè iudicarunt Dominum Ieſum Chriſtum ad mortem, ſed iuxta Dei iudicio contriti ſunt dentes eorum, & confregit molas, cum per Romanos Principes abſtulit ab eis ſacerdotium, & poteſtatem iudicandi ciuilia, & deſtruxit ciuitatem, & regnum eorum. Depoſuit ergo, &c. Hinc in Chriſti perſona S Proph. conquerens dicebat, cum faciebant qui quærebant animam meam, &c Vnde Domini Iuriſconſulti dicunt ad rem vi vi repellere licet, & ſic Dominus Ieſus Chriſtus cum depoſuit, &c. B. Simon noſter de Caſsia verbo, depoſuit, &c. Potentes huius ſæculi in ſuis viribus confidentes non in fortitudine illius, qui pro nobis factus eſt infirmus, deponendos prædicauit, &c. D. verò Pater Auguſtinus in expoſitione eiuſdem B. V. Mariæ cantici verſ. Depoſuit, &c. Dicit: quia filij regni, qui videbantur, abijecit, & humiles, id eſt homines humiliatos exaltauit, & gentes, per humilem confeſsionem in conſortium Regni, atque filiorum adoptionem aſſumpſit, & malignos ſpiritus à cordibus hominum abiecit, &c. Sequitur ibidem D. P. Aug. prius Angelum de cælo, & hominem de Paradiſo ſuperbitate proiecit, & poſtea hominem per pœnitentiam humiliandum ad priſtinam gloriam præparauit, depoſuit ſuperbos quoque ſubtrahendo gratiam ſuam, &c Deponit, & eoſdem humiliatos; gratiam priorem reſtaurans, exaltat, &c. B. Simon noſter de Caſsia dicit, appetit ſuperbia ſingulariter incedere ſuper terram, & ſuam obliquitatem vult ab omnibus pro rectitudine reputari, plerũque ſe paliat teugumento virtutis, vbi aliter ſe non poſſe conſurgere præcognouit, & ne vileſcat ſuam emulã humilitatem ſæpè vocat, & cum ſibi ſociatur ambitio ſi per ſe ipſam non valet efficere, quod præſumpſit ſeruit, vt regnet gratis ſe donat, vt accipiat, quod affectat, vocat Dominos, quibus ipſa non ſeruit: ſed potius petit d minari. Appellat ſapientes, quos ſtultos in animo credit, di-

Pſal. 37.
L. 1. ff. de vi. art. L 111. ff.
Lib. 8 de Religione Chriſtiana c. 3
Tom. 9. circa finẽ
Eod. lib. 8 cap. 45.
Finctiones ſuperbiæ,

cit amicos, quos odit; antequam obſtineat blanditur, vt catula, dum ottinere concertat cum vulpinam pelle progreditur, cum obtinuerit, leonis aſſumit aſpectum, & quibus ſubijciebat in precibus, velut aquila cæteris auibus ſuperfertur. Quæ deijcit eum, quem eleuat, quia ſecundũ Sanctum Euangelium, omnis qui ſe exaltat humiliabitur. Quis eſt qui ſe exaltat? niſi qui per ſuperbiam ſupra omnes ſua æſtimatione ſubleuat: ſed cadit, quia ſe aſcendendo non nouit. Sic humiliatur. Angelus de Cælo deiectis per ſuperbiam & per irrepedabilem viam ad inferiora deſcendit. Exulat à Paradiſo Adam, qui per ſuperbiam diuina mandata contempſit, & Nabucdonoſor de Regia dignitate depellitur. Dum cor eius indebite ſubſe uatur, & maiori animaduerſione percutitur, vt ab humano ſenſu æxtimet ſe mutatum, & cum beſtijs moraturus acceſsit, qui ſe beſtiam non hominem extimabat. Et Iob dicit de impio á ſuperbia ſubleuato: ſi aſcenderit vſque in cælum ſuperbia eius, & caput eius te tigerit nubes, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis. Depoſuit ergo, &c. Et multi potentes oppreſsi ſunt, & tradi ti glorioſi in manus exterorum, &c. Et D. Iſaias pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, & eodem c. dicit veh corona ſuperbiæ, vbi Thadeus noſter Peruſinus ſic gloſat dicens, coronæ, ideſt perfectæ in ſuo genere. Nam corona eſt figuræ circularis perfectionis inter omnes, ex 2. lib. de cælo; ſic ſuperbia ſimilis eſt coronæ, &c. Nec coronatur, niſi aliquod magnum, magnus autem ſibi videtur ſuperbus. Idcirco iure optimo ſibi debetur corona: ſed ſuperbiæ corona, nempe depoſitio, non autem exultatio depoſuit ergo, &c. Væh itaq; coronæ depoſuit potentes, ideſt ſuperbos, contra quos dicitur. In ore ſtulti, virga ſuperbiæ. Tantum enim videtur ſonare ſtultus, quantum ſuperbus, & è conuerſo. Idem B. Simon loco citato aſsimilat ſuperbum ipſi ebrio, ex S. Proph. Abacuc, quomodo vinum potantem decipit, ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur, & alibi, initium omnes peccati ſuperbia,

Lucę capit. 18.
Iſaiæ cap. 14.
Gen. c. 3.
Daniel cap. 4.
Iob c. 20
Eccleſiaſt c. 10 & 11
Cap. 28.
2. Cæli tex. 23.
Salamon parabola cap. 14:
Abacuc cap. 2.

bis, & qui illam tenuerit adimplebitur maledictis, &c. Eccl.c.10
Et S. Proph. dicit qui repleta eſt anima noſtra (ſupple) Pſal.122.
ſuperbia, & opprobrium abundantibus deſpectio ſuperbis, & alibi confundantur, ideſt damnentur ſuperbi, &c. Et eodem pſal. quia multiplicata eſt ſuper me iniquitas Pſal.118.
ſuperborum. Depoſuit ergo, &c. Et alibi, non veniat mihi pes ſuperbiæ, dicit pes, & non dicit manus, vel quoduis Pſal. 35.
aliud membrum: ſed pes: quia ſicut pes eſt fundamentũ Simile
totius corporis humani, vel alterius animalis; ita ſuperbia eſt fundamentum, & exordium omnis mali, ſic odibilis eſt ſuperbia coram Deo, & hominibus, vnde Ezechiel Eccl.c.10 Cap. 7.
dicit, ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinauit ſuperbia, &c. Sic hodie, &c. Quam ſic depoſuit, &c. Contra ſuperbiam diabolicam, &c. Humilis inſurgit diuina manus, leua manus tuas in ſuperbias eorum, &c. Ad deponendos ſuperbos, &c. Vnde Iob rationabiliter dicit, & orat diſperge ſuperbos, &c. Quia retribuet abundanter facientibus ſuperbiam, per depoſitionem à ſede iniquitatis, &c. En itaq; clara vanitas cuius ſuperbię potentiæ creatæ reſpectu increatæ: ſed clarius patebit per ſubſequentia Nam D. Apoſt. dicit, vanitati creatura ſubiecta eſt non volens: ſed propter eum, qui ſubiecit eã in ſpe: ſed potẽtia creata eſt creatura; ergo vanitati ſubiecta eſt. Hinc S. Proph etiam dicit, homo vanitati ſimilis factus eſt, & alibi dicit, defecerunt in vanitate dies eorũ, & anni eorum cum feſtinatione, &c. Sed quid vult Sanctus Proph. dicens, conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, & mota eſt terra, Vbi D. P. Aug. dicit inclinata, &c. Non erecta, vt ſuperbirent: ſed adorarent, iuxta illud, & adorabunt eum omnes Reges terræ, & Iacobus noſter Valentinus eodem loco quaſi ſic dicit, conturbatæ ſunt gentes, videntes ſigna, & prodigia magna, & Apoſtolorum miracula, inclinata ſunt regna ad credendum Sancto Euangelio, & ſubiectata sũt Chriſti Iugo. Vnde ex ſuperborum Dei actione, ſequitur humilium exaltatio, & exaltauit humiles. Vnde de facili aptatur illa vulgaris ſententia de putei vaſis, quorum altero aſcendente, aliud deſcendit. Vel tertio, inclinata

Pſal.75. Iob c.40. Pſal.74. Ad Rom. cap. 8. Pſal.143. Pſal. 77. Pſal. 45. Pſal. 71. Prou.

Pſal. 93. ſunt regna, id eſt defecerunt regna. Vbi enim ſunt tot He-
Pſal. 58. breorum, Græcorum, & Romanorum regna? depoſuit
Expoſitio ergo, &c. Tandem redde retributionem ſuperbis, &c.
Auctoris. Per depoſitionem, &c. Et alibi verſ. delictum oris eorum,
Simile & compræhendantur in ſuperbia ſua, ac ſi diceret, ſuper-
biam eſſe quemdam diabolum laqueum ſuperbos ſtrictè
ligantem, vel ſecundum D. P. Auguſtinum ibidem dicen
tem ſuperbiæ comitem eſſe inuidentiam, &c. Depoſuit
ergo, &c. Et exaltauit humiles. Inter quos primo loco, &
Cap. 4. meritò quidem exaltata fuit B. V. Maria in ſummo gra-
du humilis, &c. Vnde Angelus noſter Carezzanus Der-
thonenſis in ſuo libello de modò benè ſeruiendi Sanctæ
Miſſæ Sacrificio. Hęc Carmina ſequentia Canit.

Aue virgo gratioſa
Stella Sole clarior,
Mater Dei glorioſa,
Fauuo mellis dulcior:
Rubicunda pluſq̃ Roſa
Lilio candidior:
Omnis Sanctus te honorat,
Omnis virtus te decorat
Ieſus Chriſtus, te exaltat
In cælo ſublimior. Amen.

Secundi Ad Secundum propoſitum accedentes dicimus huma-
propoſitũ nas, & quaſcunque creatas potentias eſſe breues iuxta
Pſal. 89. illud pſal. Anni noſtri ſicut Aranea meditabuntur, dicit
ſicut Aranea, ratione breuis durationis. Vnde verſ. ſupe-
riori dicit: quoniam omnes dies noſtri defecerunt, &c.
At quod defecit, iam non eſt. Et inferius ſequitur, ſi in po-
Pſal. 89. tentatibus octuaginta Anni amplius labor, & dolor; ſed
quid ſunt 80. anni? ferè nihil. Quia mille anni ante ocu-
Iob. c. 14. los tuos, ſicut dies externa quæ præterijt. Breues ſunt
Iob. c. 7. dies hominis, numerus menſium eius apud te eſt, & alibi
nihil enim ſunt dies mei dicebat patiens Iob & dies mei;
Pſal. 101. ſicut vmbra prætereunt dicebat S. Proph. &c. Homo er-
Iob. 14. go vanitati ſimilis factus eſt, &c. Et homo qui quaſi flos,
egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquā
Iob. 17. in eodem ſtatu permanet, ſecundum S. Iob dicentem
Pſal. 91. etiam, nunquid non paucitas dierum meorum finietur
Lib. 8. breui? & tamen dicendum eſt, cum Sancto Propheta vir in-
Cap. 6. ſipiens, & ſtultus non intelliget hæc. Et B. Simon noſter

de

de Caſsia lib. ſuo de Religione Chriſtiana dicit grauis eſt omnis mundi potentia; & velut tela omnium ſuccidi-tur viſa, & velut ſtipula à vento tollitur. Quo autem ad tertium propoſitum de fragilitate, &c. De facili ex S. Proph. colligitur dicente, tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis: tu confregiſti capita draconis dediſti eum eſcam populis Aethiopum. Vbi D. P. Aug. ſic gloſat, tu contriuiſti capita draconum, ideſt demoniorum ſuperbiam, à quibus gentes poſsidebantur, contriuiſti ſuper aquam; quia eos quos poſsidebant, tu per Baptiſmum liberaſti. Capita draconum illi dracones habent principem ſuum diabolum, & ille primus eſt magnus draco, & caput draconis intelligimus diabolum, ſub quo omnia demonia militant caput draconis eſt initium omnis peccati ſuperbia Confractum eſt ergo caput draconis, confracta ſuperbia diabolica. Iacobus noſter Valentinus ibidem ex Ezechiele Proph. draconem appellat Regem Aegipti dicens, draco magne qui excubabat in medio fluminum, &c. Tu confregiſti capita &c. Ideſt magnates Pharaonis, & per caput draconis clarè intelligit Pharaonem Aegipti Regem, & per capita draconum intelligit ſuos magnates mortuos in aquis maris Rubri, vbi remanſerunt mortui, ita confregit diabolum, & capita eius in ſacro Baptiſmatis Fonte per contactum carnis ſuæ in Iordane, & in tota Eccleſia, caput autem draconis, ideſt diaboli eſt peccatum originale: quia primo nos mordet in noſtra libidinoſa conceptione, capita draconum poſtea ſunt ſeptem capitalia vitia, quæ mordent hominem per temporis proceſſum in adulta ætate, & ſic Baptiſmus non ſolum extinguit originale peccatum: ſed & cætera vitia capitalia, & ideò ad rem alibi dicebat Sanctus Prophetas, notus in Iudea Deus: Iſrael magnum nomen eius, & factus eſt in pace locus eius, &c. Quare? quia ibidem confregit potentias arcum, ſcutum, gladium, & bellum, & ſic euenire debuit iuxta illud eiuſdem Sancti Prophetæ alibi, & omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur

Tertium propoſitũ

Pſal. 73.

Gloſ. D. P. Aug. Cap. 29.

Expoſitio litteralis.

Expoſitio moralis.

Pſal. 75.

Pſal. 74.

Pſal. 109.

Psal. 74. cornua iuſti, ideſt potentiæ, quas clarè iuſtorum omnium iuſtiſsimus oſtendit cum depoſuit, &c. Et cum confregit in die irę ſuæ reges: quia hunc humiliat, & hunc exaltat, vt ſibi proprium depoſuit, &c.

Et exaltauit humiles in quorum numero placeat exaltanti, ex eiuſdem ſumma gratia, vt in æternum exaltemus in gloria ſua. Amen.

LECTIO NONA

VERS.

ESVRIENTES IMPLEVIT BONIS, ET CAETERA.

In qua agitur de humana miſeria, de prouiſione Diuina, & de impletione perfecta.

VVLGO dicere ſolemus oportet dare lanam, ſicut niuem; ſicut etiam docet S. Proph. de Deo Sermonem habens, qui dat niuem ſicut lanam, ſicut etiam dicere poſſumus, panem; ſicut famem, & potum; ſicut ſitim. Nam magna fames, & ſitis æqualem exigunt cibum, & potum. Modicus enim cibus non poteſt magnam extinguere famem. Patiens namque ſemper proportionari debet agenti, & è conuerſo iuxta illud B. Aegidij Rom de mente Philoſophi 1. de Generat. tex 55. Agens, naturale ſemper intendit aſsimilare ſibi paſſum, quod tamen ſemper eſt minus agente præſtantius, vt clarè patet apud eundem

Prou. Pſal. 147.

2. Sen. d. 1. p. 2. Artic. 1. Lib. 3. de Anima Tex. 19.

dem Philoſophum lib. 3. de Anima tex. 19 inter agens, & paſſum ſemper aliqua prærequiretur proportio, vt congrua fiat actio. Vnde Philoſophus dicit, vnum igitur eſt mouens, quod eſt appetibile, vt alimentum eſt obiectum potentiæ vegetatiuæ ſecundum Paulum noſtrum Venetum ſuper eundem tex &c. Cuius potentiæ actus eſt nutritio. Ita iſta autem nutritio eſt actus, clarumque vitæ ſignum. Quia propter Philoſophus eodem 2. lib. de Anima ſic habet dicimus autem vitam habere id, quod per ſe ipſum alimentum, augumentum, & decrementum ſuſcipit. Nec eſſe eſt ergo dare alimentum exurirī, ſiue famis proportionabiliter; ſicut medicinam ægrotanti, & lanam nudi, &c. Fames enim ſecundum D. P. Aug. verſ. Non eſt ſanitas in carne mea, vt eſt quidam morbus naturalis cui occurrendum eſt ſecundum congruam medicinam cibi, & potus, quod quidem Dominum noſtrum feciſſe B. V. M. palam fatetur dicens eſurientes impleuit bonis, &c. Qui dat igitur niuem ſicut lanam. In hac itaq; præſenti lect. de more noſtro tria proponuntur declaranda. Primum eſt humana miſeria magna. Secundum eſt diuina prouiſio, ſiue prouidentia ſignificata per impleuit. Tertium eſt perfecta impletio ſignificata per dictionem, bonis. Quo autem ad primum de humana miſeria ſignificata per, eſurientes, D. P. Auguſtinus in ennarratione dicit ieiunium eſſe voluntatis, & famem eſſe neceſsitatis. Hæc verò neceſsitas proculdubio expreſſe declarat humanam miſeriam, quam idem D. P. Aug. abundantius oſtendit per exuriem ſignificatam, verſ. Qui eſt, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos, &c. Interrogat, nonne omnis in vobis reſpondet, ego? an quiſquam in vobis eſt, qui non diligit vitam, id eſt qui non vult vitam, & non diligit dies videre bonos? nonne quotidie hoc murmuratis, & hoc dicitis; quamdiu iſta patimur Quotidie peiora, & peiora? apud parentes noſtros fuerunt dies lætitiæ, fuerunt dies meliores, ò ſi interrogares ipſos parentes tuos, ſimiliter tibi de parentibus murmurarent: fuerunt Beati patres noſtri: nos miſeri ſumus, malos dies habemus. Dominatus eſt ille, portabamus: quia illo mortuo, poſſet

Lib. 2. de Anima Tex. 34. & tex. 3.

Simile Pſal. 37.

Tria propoſita.

Pſal. 42.

Pſal. 33.

Pulchra D. P. Aug doctrina.

poſſet dari aliquod refrigerium, deteriora venerunt. O Deus oſtende nobis dies bonos. Quos eſt homo,&c. Nō hic quærat dies bonos. Bonam rem quærit: ſed non in regione eius, illam quærit, quomodo ſi aliquem iuxtum quæreres: ſed in ea in Patria, vbi non habitaret diceretur tibi, quære illum, vbi eſt: ſed non hic. Quæris dies bonos, ſimul quæramus eos. Nolite hic quærere: ſed habuerunt dies bonos Patres noſtri; fallimini. Omnes hic laborarunt, legite Scripturas; ideò voluit Deus. & ſcriberentur Sacræ Scripturæ, vt nos conſolaremur. Temporibus Heliæ fuit fames valida: paſſi ſunt eam Patres noſtri. Capita jumentorum mortuorum aura vendebantur. Occiderunt filios ſuos, & commederunt eos, & duæ mulieres ſtatuerunt inter ſe, vt occiderent filios ſuos, & manducarent. Occidi filium ſuum altera earum, & manducauerũt eum ambæ: alia nolebat ſuum occidere filium, & talis rixa venit ante Regem, &c. De talibus autem cibis auuertat Deus ea, quæ legimus. Semper dies mali in ſæculo: ſed dies boni in Deo. Habuit dies bonos Abraham: ſed intus in corde; habuit dies malos, quando à fame mutauit Regionem, & quærebat cibum, ſic omnes quæſierunt Paulus habuit dies bonos dicens, in fame, & ſiti, in frigore, & nuditate? quid ergo fame miſerius? nihil certè, Hinc Sanctus Proph. idem innuens bis repetit, conuertentur ad veſperam famem patientur, vt canes, &c. Quadere B. Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam cap. 19. verbo, videns Ieſus Ciuitatem fleuit ſuper eam, &c. Tertia aduerſitate, ex Deuth. cap. 28. in omni terra obſideberis intra portas tuas, & commedes fructum vteris tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus, in anguſtia, & vaſtitate, qua opprimet te hoſtis tuus, &c. Et ad litteram, dicit Ioſephus Hiſtoricus de bello Iudaico. Tanta fuit Auguſtia ipſius ciuitatis Ieruſalem, vt carnis filiorum manducarent, & hoc in vindictam, quando ſitienti Chriſto in cruce acetum dederunt, & idem B. Albertus eodem loco quinta aduerſitate ex occiſione ſine miſericordia, Thren. 2. cap. iacuerunt in terra foris puer, ſenex, virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt

Pulchra exempla Auguſtiniana. Lucæ cap. 4.

Concluſio D. P. Aug.

2. Cor. cap. 11.

Pſal. 58. Dom. 9. Pent. p. 2.

Hiſtoria.

ciderunt in gladio interfecti in die furoris, tu percuſſiſti, nec miſeraberis, &c. Vndecies enim centena millia fame perierunt. Nonaginta ſeptem millia venditi ſunt, triginta millia ex eis vno denario venditi ſunt, & vndecies centena millia, gladio, & fame perierunt, ſiue ceciderunt in vindictam: quia Chriſtum, & Apoſt. perſecuti ſũt. Meritò itaq; S. Proph. bis dixit; famem patientur, vt canes, &c Vbi D.P. Auguſtinus dicit, vt canes, non vt oues, aut vituli, vt canes, vt gentes, vt peccatores, &c. Forſan: quia naturaliter videmus canes ferè ſemper famem patientes, cum non ruminent. Hinc vulgo dicimus, fames à cauerna lupum emictit. Lupus autem eſt canis ſilueſter, vel ſilueſtris, qui certè, vt etiam vulgo dicitur, non manducat alicem lupum, vel canem. Vnde de facili colligitur, qualiter ipſi Iudei fuerint canibus peiores in illo eorum bello, cum propter famem (vt dictum eſt) filios cõmederint, quod quidem minimè faciunt canes, &c. Quapropter Iacobus noſter Valentinus eodem Pſal. & verſ. Referens iam dicti Ioſephi Hiſtoriam, idem aſſerit de filiorum Iudeorum eſſe, vel manducatione, &c. Vt canes famelici circuibant ciuitatem: quia die, ac nocte circuibant ciuitatem, ideſt muros Ciuitatis Hyeruſalem, cum continuo timore vigilantes, &c. Diuinus ille Plato lib. de Iuſto dicit, canem eſſe naturaliter præditum cognitione, & ignorantia, & aduerſus familiares, & notos mitiſsimũ eſſe, & è contrario aduerſus ignotos, &c. Sic etiam experientia docet. At Iudei canibus ſatis peiores inſurgentes contra Dominum Ieſum Chriſtum ſibi notum ex Doctrina, & miraculis ſole fulgentiorem crucifixerunt latrantes, vt canes, crucifige, crucifige eum Famem patientur, &c. Spiritualium bonorum intelligentiæ Sacræ Scripturæ, & refectionis Sanctorum Sacramentorum: quia extra Eccleſia non eſt ſalus, neque ſpiritualis refectio, de qua Sacramentali refectione Sanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti, Antonius noſter Myricius Derthonenſis in ſuorũ confeſſariorum dilucidario ex pſal. Panem Angelorum manducauit homo, & ex ſapientia, panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem. En re-

[Margin notes: Teribilia valde notanda. — Pſal. 58. — Prou. — Pſal. 58. — Lib. 31. — Pag. 64. — Pſal. 77. — Cap. 16.]

fectio

ſectio ſpiritualis,&c. Sicut canes,&c. Ciuitatem Eccleſiã vſque ad iudicium ferè, & ſerò intrabunt Iudei in eam. Vnde dicit ad veſperam conuertentur. Gentiles autem: quia Chriſtum receperunt tempore Sanctorum Apoſtolorum, martyrum, & Doctorum, exurientes fuerunt impleti. D. P. Aug. verſ. vt alat eos in fame, dicit tempus famis modo eſt tempus ſaturitatis, poſtea erit, & idem D. P. Auguſtinus verſ. vocauit Deus famem ſuper terram, &c. Quaſi fames ſit aliqua perſona, vel aliquod animatũ corpus, vel aliquis Spiritus, qui obedire poſsit, vocanti, cum fames ſit ex inedia contracta pernicies, atque ſit in eis, qui eam patiuntur, vt aliquis morbus; ſicut enim morbus, vt deſinat eſſe, & expellatur, fit plerunque medicamentũ, & ſic fames ſanatur quodammodo per alimentũ. Vnde ad rem Philoſophus dicit, famem, & ſitim eſſe appetitum calidi, & ſicci, humidi, & frigidi, cui Philoſopho aſſentiunt, etiam ibidem B. Aegidius noſter Rom. & Paulus noſter Venetus. Sequitur ibidem D. P. Auguſtinus dicens, quid ergo vocauit famem? an fortè iſta mala quæ patiuntur homines, habent quoſdam propoſitos ſuos Angelos malos? Nam alio in pſal. dicit S. Proph. immiſsiones per Angelos malos, Deũ afflixiſſe homines, non vtiq; errante iudicio, & hoc fortè eſt, cum famem vocauit .i. Angelum præpoſitum famis, & eius rei nomine, cuius eſt præpoſitus, appellatur, ex qua oppinione Romani veteres quoſdam Deos tales conſacrarunt, ſicut Deum febrẽ, Deumque pallorem. An quod eſt credibilius, vocauit famem dixit, intelligendum eſt, vt fames eſſet, vt hoc ſic vocare, quod eſt appellare, & hoc ſit appellare, quod eſt dicere, & hoc eſt dicere, quod eſt iubere? nam ille vocauit famem, qui vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ſint? denique quomodo vocauit famem, ſtatim expoſuit dicens, omne firmamentum panis contriuit, ideſt conſumpſit. Vnde S. Proph. quaſi admirans dixit, quare faciem tuam auertis, obliuiſceris inopiæ, & tribulationis noſtræ? à qua excipit immaculatos, & iuſtos ſuos; quoniam bracchia peccatorum conterentur. Confirmat autem iuſtos Dominus; & ad rem idem Dominus per Moyſen dicit, conſumentur

Pſal. 32. Pſal 104

1. diffinitio famis.

Lib. 2. de Anima Tex. 28.

Seconda diffinitio famis.

Pſal. 77.

Ad Rom. cap. 4.

Pſal. 43. Pſal. 36. Famis miſeria, & peccator. punitio.

Deuth. cap. 32 famc:& deuorabunt eos aues morſu amariſsimo, & San-
ctus Propheta de iuſtis ſequitur infra dicens,non confun
Pſal. 36. dentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabun-
tur:quia peccatores,peribunt,& idem S. Proph. infra eo-
dem pſal.idem probat ex experientia propria,dicens iu-
nior fui etenim ſenui,& non vidi iuſtum dereli&um, nec
ſemen eius quærens panem:ſed de peccatoribus oppoſi-
tum docet infra eodem Pſal. dicens,iniuſti punientur,&
ſemen impiorum peribit,&c.Eſurientes itaq; &c.O Chri
ſtianæ vis ne hanc famis maximam miſeriam faciliter vi-
tare? timeas Deum,& noli famem timere, plenam huius
Pſal. 33. veritatis fidem facit S. Proph. dicens, timete Dominum
omnes Sancti eius: quoniam non eſt inopia timentibus
eum:immò totum oppoſitum accidit non ſubſtinentibus
Pſal. 33. eum:ſed ſpernentibus. Vnde ſequitur pſal. Diuites egue-
runt,& eſurierunt. Alia regula eſt iſta, inquirentes autẽ
Secunda Regula. Dominum,non minuentur omni bono. Sequitur eodem
pſal oportet ergo inquirere, ideſt rectè quærere Domi-
num,&c. Tertia regula habetur, & eſt firma ſpes in Do-
Tertia Regula. Pſal.36. mino.Idcirco dicitur ſpera in Domino,& fac bonitatem,
& inhabita terram, & paſceris in diuitijs eius. Quarta re
gula habetur eodem pſal. delectare in Domino, & dabit
Quarta Regula. tibi petitiones cordis tui,&c. Quinta regula, & vltima,
Quinta Regula. eſt prope habere Deum qui quidem ſemper prope eſt,
vbi eſt timor eiuſdem iuxta illud eiuſdem Sancti Proph.
Pſal. 84. prope timentes eum, ſalutare ipſius, vt inhabitet gloria
Conclus. prima. in terra noſtra. At vt Dñi gloria nulla ibi poteſt eſſe miſe
ria,ergo,&c.Eſurientes itaq;&c. Nicolaus noſter Maria-
nus Placentinus lib. ſuorum Serm. Quadrag. fer. 2. ſecũ-
dæ Dom. Quadrag. dicit, omnes humani generis miſe-
rias ex primorum parentum, ſiue hominum peccatis ori-
ginaliter prouenire. Fuit enim ſtatus hominis ante pec-
catum fœlicisſimus,quo ad animam, & quò ad corpus, &
Iob c.4. quo ad locum,poſt peccatum verò ſtatus miſerimus, &c.
Homo vas miſeriæ. Eſurientes ergo,&c. S. Iob dicit.Homo natus de muliere
breui viuens tempore multis repletur miſerijs: dicit re-
pletur (ſupple) intrinſecè, & non tantum circumdatur
Pſal. 30. extrinſecè tanquam vas aliquod aliquo liquore plenum,
&c.

&c. Vas enim aliquando rumpitur, &c. Hinc ob impatientiam,ſic homo afflictus,vel peccator, &c. Tanquam vas frangitur. Vnde S. Proph. rectè dicebat factus ſum tamquam vas perditum, ideſt ruptum. Idcirco ſemper quærendum eſt auxilium à Domino, ad quem S. Proph. orans dicit, fac mecum ſignum in bonum: vt videant qui me oderunt, & confundantur:ratio quoniam tu Domine adiuuiſti me, & conſolatus es me. Vbi D. P. Aug. Sic habet adiuuiſti me in certamine,& conſolatus es me in triſtitia. Nemo enim conſolationem quærit, niſi qui eſt in miſeria,quæ quidem ſecundum D. P. Aug. verſ. Illuminatio mea,&c. Medicina eſt,dicentem,tota iſta miſeria generis humani in qua gemit mundus, noueritis Fratres: quia dolor medicinalis non ſententia pœnalis: ſed hoc dictum intelligendum eſt reſpectu bonorum, non autem malorum de quibus ſuperius dictum eſt iniuſti punientur,& ſemen impiorum peribit,exurientes ergo,&c. Eſuries autem, ſiue fames multiplex eſt, præter naturalem eſuriem,ſiue famem. Prima eſt Chriſti de qua D. P. Auguſtinus verſ. Zelus Domus tuæ, &c. Dicit, eſuries, ſiue fames ipſius (ſupple) Chriſti erat,vt in eum crederetur, & ſitis cum dixit, mulier da mihi bibere,&c. Et alibi idē D. P. Auguſtinus verſ. Humiliabam animam meā, &c. Manducare volebat Chriſtus, quando poma in arbore quærebat,&c. Manducare enim,& bibere ſunt correlatiua ſimul naturali intelligentia. Idcirco, mulier da mihi bibere, &c. Et in Cruce ſitio. Quid eſuriuit, quid ſitiuit Chriſtus niſi bona opera noſtra? eſuriuit etiam naturaliter, cibo corporali poſtea vtens cum ieiunaſſet quadraginta diebus,& quadraginta noctibus,poſtea eſurijt,&c. Quarta eſt fames Eccleſiæ, de qua D. P. Aug. in præfatione pſal. 42. dicit,eſurit Eccleſia, eſurit corpus Chriſti, vbiq; diffuſum eſt, cuius caput ſurſum eſt, & membra deorſum, eius vocem in omnibus pſalmis, vel pſallentem, vel gementem,vel lætantem in ſpe,vel ſuſpirantem in re, &c. De alimento huius famis dicetur in tertio propoſito. Quinta Chriſti eſuries,& membrorum eius, de qua dicit D. P. Auguſtinus verſ. Dormierunt ſomnum ſuum, &c.

Simile. — Pſal. 85. — Pſal. 18. — Fames multiplex. — Pſal. 68. — Ioa. cap. 4. — Pſal. 34. — Ioa. cap. 18. — Secunda fames Xpi — Tertia fames Chriſti. — Matth. cap. 4. — Quarta fames Eccleſiæ. — v. Eſuries — Pſal. 75.

Ex ſententia Domini Saluatoris Matth. cap. 25. Eſuriui, & dediſti mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere,&c. Domine quando te videmus eſurientem.&c. Reſponſio Chriſti, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis,&c. Eſurire voluit in pauperibus,qui diues eſt in Cælo, & tu dubitas homo dare homini cum ſuis te Chriſto dare, à quo accepiſti quicquid das, &c. Alia fames

Sexta fames.

ſexta in ordine eſt iuſtorum eſuries,nempe verbi Dei,de qua Thomas noſter Brunius Bononienſis lib. manu ſcripto ſuorum Serm. Quadrageſimalium prima p. de mente D. P. Aug. verſ. Non vidi iuſtum derelictum Matth. cap. 4. Non in ſolo pane viuit homo, &c. Panem ſcripturalem ſemper appetunt iuſti in via,& eorum nutriam Spiritualem vitam ſecundum exigentiam, &c. Anima enim noſtra ſuo eget cibo Dei verbo,vt in ſuo conſeruetur eſſe Spirituali, &c. Non in ſolo pane,&c. Septimam famem, & vltimam docet D. Aug. verſ. famem patientur vt Canes &c. eſt hæc, nempe, iudeorum eſuries, & gentilium. Nã Cananea gentilis,canis appellata fuit à Saluatore noſtro non licet tollere panem filiorum, mittere canibus eſuries eius erat liberatio filiæ; eſuriebat itaq; tale ſingulare beneficium,&c Hinc ſequitur D. P. Auguſtinus ſuſcepit illa humiliter cum vitio, & meruit beneficium. Eſuries Iudeorum, &c. Nam malè ſaturatus erat ille Phariſeus dicens, ieiunio bis in Sabatho, &c. Ille publicanus canis erat famem patiens, & beneficium à Domino eſuriebat,cum dicebat propitius eſto mihi peccatori,&c. Et fuit repletus cum tibi dictum fuerit,deſcendit hic iuſtificatus,&c. Eſurientes ergo, &c. His ſic dictis quo ad primum propoſitum,accedendum eſt ad ſecundum propoſitum ad diuinam prouiſionem,ſiue prouidentiam, de qua dicit S. Propheta viſitaſti terram,& inebriaſti eam,multiplicaſti locupletare eam,induti ſunt Arietes ouium, & valles abundabunt frumento; clamabunt etenim hymnũ dicent,&c. Et alibi cibatis eos ex adipe frumenti,& alibi ex adipe frumenti ſatiat nos Dominus, & alibi oculi omnium in te ſperant Domine: & tu das illis eſcam illorum in tempore opportuno,vbi D. P. Auguſtinus dicit, prorſus

Dom. prima Quadrag. Pſal. 36. Septima fames. Pſal. 58. Matt. c. 15 Luce Cap. 18. Secundũ propoſitũ Pſal. 64. Pſal. 80. Pſal. 149. Simile

ſus

ſus tanquam reficiens ægrotum in opportunitate, quando debet accipere, & tunc das, & quod debet accipere, hoc das; itaq; aliquando deſideratur ab illo, & non dat, nouit horam dandi, qui curat, &c. Alibi, verſ. laudabuntur omnes recti corde: duo tibi modo propoſita ſunt elige, cum tempus eſt, ſi recto corde fueris ad dexteram eris, & laudaberis. Quomodo venite benedicti, &c. Peruerſo autem corde, ſi fueris, ſi ſubſanaueris Deum, ſi prouidentiam eius irriſeris, ſi dixeris in animo tuo verè non currat Deus res humanas, ſi curaret ille latro tantum haberet, & ego innocens indigerem? peruerſo corde factus es; veniet iudicium illud, apparebit Propter quæ omnia iſta faceat Deus, & tu qui voluiſti in hac vita corrigere cor tuum, ad rectitudinem Dei, & te ad dexteram præpara, vbi laudabuntur omnes recti corde. Eris ad ſiniſtram, tunc audies. Ite maledicti, &c. Et alibi dicit D. P. Aug. verſ. qui fecit cælum, & terram, mare, &c. Audi eloquia diuina, nolite deſperare, qui curauit facere te, non curat reficere te? nonne Deus tuus eſt, qui fecit cælum, & terram, &c. Et parum infra fecit cælum, &c. Et omnia quæ in eis ſunt, ſi ergo omnia, & te parum dico te, & paſſerem, & locuſtam, & vermiculum, nihil horum nonne ille fecit, & cura illi? de omnibus. Non ad præceptum vera eſt. Nam præceptum ſoli homini dedit. Dicit enim S Proph. homines, & iumenta ſaluos facies, & ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, &c. Et D. Apoſt. Nunquid de Bobus cura eſt Deo? maximè. Non obturabis os bouis trituranti, &c. Hanc itaq; curam diuinam cognouerunt iumenta, & irrationalia omnia; nam S. Proph. dicit, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcã ſibi, multo magis cognoſcere deberent homines à minori ad maius, &c. Sed oppoſitum ſæpè accidit. Vnde homines infideles malè de Deo ſentientes dixerunt, nunquid, & panem poterit dare, & parare menſam in deſerto? quaſi dicere voluerint, minimè. Et Deus ipſe ad eorum confuſionem pluuit illis manna ad manducandum: immò panem Angelorum manducauit homo, & cibaria miſit eis in abundantia, & alibi, vt educas panem de terra, & vinũ

Pſal. 144. Pſal. 31. Matth. cap. 25. De diuina prouidentia ſatis diffuſe dictum vt in noſtro rationali tract. 1. cap. 3. Pſal. 145. Eandem diuinam prouidentiam clarè oſtendit etiam S. Proph. pſal. 29. dicens, Ego autẽ mendicus sũ, & pauper; Dominus ſollicitus eſt mei. Pſal. 53. 1. Cor. cap. 19. Pſal. 103. Pſal. 77. Pſal. 135.

Cap. 1. lætificet cor hominis, & S. Iſaias ſi volueritis, & audieri-
Ioan. c. 6 tis me bona terræ commedetis, & eſurientes ergo, &c. Et
Domin. 4 Thomas noſter Bruinus Bononienſis lib. ſuorum Serm.
Quadrag Quadrag. p. p. Sermonis eandem diuinam prouidentiã
Pſal. 135. demonſtrat per S. Proph. de Deo dicentem, qui dat eſcã omni carni, &c. Quod quidem non eſſet, niſi Deus optimus omnibus ſecundum ſuum ſtatum, & conditionem
Pſal. 135. prouideret. Idem oſtendit egregie, etiam Marcus noſter
Domin. 4 Lanzonius Bononienſis lib. ſuorum Ser. Quadrag. ma-
quadrag. nu ſcriptorum eadem Dom. parte 2. Concionis, per eun-
Ioa. c. 6. dem S. Proph. dicentem, qui producit in montibus fænum, & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis
Pſal. 146. eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, &c. Eſurientes ergo, &c. Et Stephanus noſter feſtinas lib.
Domin. 4 quadrag: Ser. ſuor. Quadrag. manu ſcripto. Eadem Dom. p. p. Ser. Auctoritate Salomonis, ſapientiæ cap. 6. dicentis; non enim ſubtrahet perſonam cuiuſquam Deus, nec verebi-
Ad Galatas cap. 4 tur magnitudinem cuiuſquam: quoniam puſillum, & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illis de omnibus,
Domin. 4 quadrag. &c. Et ſtrictius probat idem Auctoritate D. Apoſt. dicentis, Fratres: quanto tempore hæres paruulus eſt nihil
Ioa. c. 6. 1. Sen. d. 39. de diui. proui- differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium: ſed ſub tutoribus, & auctoribus eſt vſque ad præfenitum tempus à patre: ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub Elementis huius
dent. q. 1. conclus. 1 mundi eramus ſeruientes. Aut vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus, &c. Clarè ergo colligit, & probat diuinam prouidentiam erga nos ex præfinitione temporis opportuni expectati, & ex miſsione filij ſui nos redempturi, &c. Et idem probat egregie Franciſcus noſter à Chriſto luſitanus ex ſapientia cap. 14. Tua autem pater prouidentia ab initio cuncta gubernat, &c. Et Matth. cap. 6. dicentis, nolite ſolliciti eſſe dicentes quid manducabimus, aut quid bibemus, &c. Scit enim pater
Tertium propoſitũ veſter: quia his omnibus indigetis, &c. Eſurientes ergo, &c. Et hæc quo ad ſecundum propoſitum, quo tandem ad tertium propoſitum idem S. Proph. ſufficienter decla-

rat

rat dicens, aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Vbi D. P. Aug. dicit, & ſi non das aliquantum das: tamen das in opportunitate: differs, non aufers,&c. Iacobus verò Valentinus noſter ibidem aliter gloſat dicens imples omne animal benedictione, animal rationale, tu Chriſte, qui non ſolum es largus, benignus, & miſericors omnibus animalibus, tam irrationalibus quam rationalibus: quia omnibus prouides de cibis corporalibus ad conſeruandam corporalem vitam; ſed magis oſtendiſti miſericordiam tuam erga genus humanũ. Nam oculi omnium Patriarcharum, Prophetarum, & fidelium ſperabant in te, vt dares illis eſcam redemptionis: ſed tu aperuiſti manum tuam (ſupple) in Cruce, ideſt latus tuum, vnde emanauit præcium redemptionis, & victus omnium Eccleſiaſticorum Sacramentorum, ex quibus imples omne animal rationale benedictione ſpirituali, intellige animal rationale bonum, & verum Chriſtianum. Nam iudei, &c. Infideles, ac etiam praui Chriſtiani: & ſi ſint animalia rationalia fide carentia, vnde ſic ſtantia, & permanentia in eorundem infidelitate non implentur benedictione ſacramentali. Sequitur ibidem Iacobus Valentinus dicens nam per baptiſmum ſanas ab originali, & confers quidem ſpem, charitatem, per confirmationem confers ſeptem dona Spiritus Sancti, per pœnitentiam confers remiſsionem omnium mortalium, & venialium, & tandem per Euchariſtiam totaliter confers vitam ſpiritualem, &c. Sed aliter (ſi liceret) diceremus nos cum pſalmo omnia te expectant, vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis, colligent, & aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate, quæ intelligitur per benedictionem iam dictam; quatenus omnia nutribilia conſeruantur in eſſe per alimentum intellectũ per bonitatem. Nam per regulam logicalem, bonum, & verum conuertuntur, ſiue ens, &c. Et omnia erit bona bonitate entitatiua. Vnde ad rem ſequitur pſal. auertente te faciem turbabuntur auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in puluerem ſuum reuertentur, &c. Eſurientes ergo, &c. Dicit imples bonis, vt Sol totum ſua luce, & vir

Pſal. 144.

Pſal. 103.

Regula Logicalis

Simile

tute implet vniuerſum; ita Deus, & multò magis. Nam
Prou. vulgo dicimus vnuſquiſque pro ſe, & Deus pro omnibus.
Eſurientes ergo impleuit bonis, &c. Hoc in loco locum
Pſal. 41. habet illud S. Proph. Abyſſus abyſſum inuocat, &c. Abyſſus miſeriæ humanæ, peccatorum infirmitatum, mortis,
Pſal. 37. laboris, famis, &c. Iuxta illud miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem. Abiſſum bonitatis, & miſericordiæ Deum inuocat. Vnde D. Thomas miſericordia maximè attribuenda eſt Deo ſecundum effectum, non tamē ſecundum paſsionis affectum, quam clarè oſtendit Deus benedictus in omnibus præcipuè cum eſurientes implet bonis. Iuxta illud S. Iſaiæ Proph. dicentis, egredere, etiā dabit pluuiam ſemini tuo, vbicunque ſeminaueris in terra, & panis frugum terræ vberrimus, & pinguis, &c. Quia dat eſcam eſurientibus, & alibi; quia ſatiauit animā inanem, & animam eſurientem ſatiauit bonis, & infra eodē pſal. & collocauit illic eſurientes, & conſtituerunt ciuitatem habitationis. Eſurientes, &c. Amplius alibi edent pauperes, & ſaturabuntur, &c. Et alibi, pauperes eius ſaturabo panibus. Eſurientes, &c. Tandem eſcam dedit timentibus te; quæ eſca præter naturalem cibum poteſt intelligi, etiam de Spirituali eſca de qua dicit S. M. Eccleſia in quadam Antiphona feſtiuitatis Sanctiſsimi Sacramenti Euchariſtiæ pinguis eſt panis Chriſti, cuius pinguedine anima noſtra eſuriens hic in patria (Deo fauente) ſemper impleatur, ac fruatur. Amen.

D. Thom p. 1. q. 25 Art. 3.

Iſaiæ capit. 30.

Pſal. 145. Pſal. 106.

Pſal. 21. Pſal. 131. Pſal. 110.

LECTIO DECIMA VERS

SECVNDA PARS.

ET DIVITES DIMISIT INANES.

In qua agitur de prauitate, de bonitate, & de vtilitate diuitiarum.

VVLGO dicere ſolemus. Dura capita franguntur. Vnde Philoſophus docens qualitates corporis tangibilis ſic dicit, ipſorum autem tangibilium diuidendum, quæ primæ differentiæ, & contrarietates. Sunt contrarietates ſecundum tactum, hæ, calidum, frigidum, humidũ, ſiccum: graue, leue: durum, molle: lubricum, arridum; aſperum, lene: groſſum, ſubtile, &c. Quarto loco ponit durum, molle: Molle de facili cædit agenti, ſiue percutienti, vt aqua, vel aliud ſimile: durum verò magis reſiſtit agenti, quod vt ſuam compleat actionem violentius agit in durum, quam in molle, vt faber ferreus fortius agit in ipſum ferrum, vt optatam inducat formam, quã in aliquid aliud. Malleus domificatoris, violentius agit in durum lapidem, quam in mollem: lapis autem durus tandem (nõ

Proq. | 2. de generatione Tex. 8. | Simile | Simile

obſtante ſua duritie) ſæpè frangitur,&c. Sic ad rem homo pertinax aliquando lapide durior ſua praua voluntate ſummo agenti Deo reſiſtens ſæpè fractionem capitis patitur. Idem forſan innuere voluit S. Proph. dicens, verum tamen Deus cõfringet capita inimicorum ſuorum, & alibi, iudicabit in nationibus implebit ruinas conquaſſabit capita in terra multorum, & eodem pſal. Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Eandem humani cordis duritiam oſtendere voluit S. Propheta Ezechiel dicens, & audiui loquentem, & ad me dicentem: fili hominis mitto ego te ad filios Iſrael, & ad gentes appoſtatrices, quæ receſſerunt à me: ipſi, & patres eorum præuaricati ſunt pactum meum vſque ad diem hanc, & filij dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te, &c. Hinc rationabiliter Deus oſtendit nobis aliquam duritiam iuxta illud propheticum, oſtendiſti populo tua dura, &c. Venenum enim venenum fugat, & expellit, vt Theriaca venenum purgatum, expellit venenum, nõ purgatum, &c. Ita ad rem Deus iuſtè ſæpè aliqua vtitur punitionis duritia, vt nos corripiat, &c. Duritia autem noſtra, ſeu humana ſæpè oritur ex vana diuitiarum confidentia, quam S. Proph. iuſte arguit dicens, qui confidũt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur, non autem in Deo, vt debent ſecũdum D. Apoſt. doctrinam dicentis, Fratres qui gloriatur in Domino glorietur, &c. Hanc autem prauitatem. ſiue vanitatem diuitiarum ſatis apertè cognoſcens B. V. Maria in ſecundo verſ. parte rationabiliter dicit, & diuites dimiſit inanes, &c. En ergo quomodo dura capita frangũtur, &c. Implebit ruinas, conquaſſabit capita in terra multorum, &c. Et diuites dimiſit inanes. Hinc ſapiens ille Salomon rectè dixit, & docuit dicens noſce enim te conſumata iuſtitia eſt, & ſcire iuſtitiam, & virtutem tuam, radix eſt immortalitatis cum, conſideranda ſunt illa verba, noſce te (ſupple) te eſſe mortalem, te eſſe pauperem, te omnia ab ipſo Deo benedicto habere bona, &c. Et diuites ergo dimiſit inanes. Tria igitur de more noſtro proponuntur declaranda in hac præſenti lectione. Primum eſt diuitiarum

prauitas,

Pſal. 67. Pſal. 109. Cap. 2. Pſal. 59. Simile Pſal. 48. 2. Cor. cap. 10 Sap. 15. Tria propoſita.

prauitas,ſiue vanitas.Secundum eſt bonitas eandem.Tertium eſt ipſarum vtilitas. Quo itaq; ad primum diſtinguendum eſt de diuitijs ad mentem D. P. Auguſtini verſ. opp robrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis dicentis, diuitias, alias eſſe veras, alias verò falſas. At verò Chriſtianus homo non debet abundare, ſed pauperem ſe debet cognoſcere, & ſi habet diuitias, ſcire debet: quia illæ non ſunt veræ diuitiæ, vt aliàs deſideret. Qui enim falſas diuitias deſiderat, veras non quærit. Qui autem veras quærit adhuc pauper eſt, vt rectè dicit, pauper, & dolens ego ſum. Ad rem idem D. P. Auguſtinus verſ. Diligite Dominum omnes Sancti eius, &c. Dicit, qui diuites eſſe vultis tales diuitias concupiſcite, quas nec in naufragio poteſtis ammittere. Ergo tales quomodo humiliantur nolite eos putare miſeros. Erratis neſcientes, quid intus habent, &c. Et altius ad rem idem D. P. Auguſtinus verſ. ſpera in Domino, &c. Paſceris in diuitijs eius, quæ ſunt diuitiæ eius, Deus eius, diuitiæ eius, Dominus eius, diuitiæ eius, Deus eius. Quid ergo verius his ſempiternus diuitijs diuinis, de quibus D. Apoſt. dicit, an diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longaminitatis eius contemnis. Vbi Hieronymus noſter Seripandus Neapolitanus dicit, non eſt etiam diuinum iudicium ex longa mora, & retardatione: quæ non niſi ex magna copia, & affluentia diuinæ bonitatis, tolerantiæ, & lænitatis prouenit. Nam quam bonus eſt Deus, diligit hominẽ: qua tollerans eſt non punit illico peccantem: qua lænis, dici quoque maleficia vendicare differt. Idcirco ſequitur, ignoras: quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Deus ergo verus diues, veraq; diuitiæ. Vnde D. Apoſt. meritò dicit, Diues eſt in omnes qui inuocant illum, &c. D. etiam Gregorius Papa ſuper Lucam ad rem dicit, ſi verè diuites eſſe cupitis, veras amate diuitias. Quo verò ad aliàs diuitias falſas ſecundum D. P. Auguſtinum, & D. Gregorium vbi ſupra, falſæ, ſeu fallaces diuitiæ ſunt, quæ diu nobiſcum manere non poſſunt, & mentis noſtræ inopiam non expellunt, & ad rem D. P. Aug verſ. dicit, ego in abundantia mea, &c. Dixi, &c. Quis habet abundantiam?

[Margin: Pſal. 51. — 1. diuitiarũ diſtinctio. — Pſal. 30. — Pſal. 33. — Pſal. 36. — Ad Rom. cap. 2 — Ad Rom. cap. 10. — Cap. 8. Hom. 15. — Pſal. 29.]

tiam? nemo. Abundantia hominis quæ eſt? Erumna, & calamitas: ſed diuites habent abundantiam? plus egens quantò plus habent, deſiderijs vaſtantur, cupiditatibus diſsipantur, timoribus cruciantur, triſtitia contabeſcunt. Quæ erat illis abundantia, quandò homo conſtitutus erat in Paradiſo, quandò nihil deerat illi, quandò fruebatur Deo. Sed dixit non mouebor in æternum. Quando libenter audiuit, guſtate, & eritis, ſicut Dij ſcientes bonum, & malum, cum Deus diceret, qua die commederitis, &c. Et Diabolus non moriemini. Credens ergo illi talia ſuadenti, dixit non mouebor in æternum, &c. Adeodatus autẽ noſter Solera Cretenſis in ſua diuina Phace oẽs homines iuſtè arguẽs, de mẽte S. Proph. dicit, audite hęc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram, bis repetens eodem pſal. homo cum in honore eſſet, non intellexit; ideò comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, homo creatus erat in fęlici ſtatu ad Dei ſimilitudinem. Sed non intellexit, &c. Credens ergo primus homo plus diabolo, quam Deo meritò cecidità Iure ſuo. Hinc Auguſtinus noſter viccus Neapolitanus libro ſuo ſtudij veræ ſapientiæ de mente D. P. Auguſtini de tempore Serm. 197. Dicit diabolus eſt tamquam canis innexus cathenis, & neminem mordere poteſt, niſi eũ, qui ſe illa mortifera ſecuritas coniuxerit, &c. Et infra eodem Serm. dicit, diabolus latrare poteſt, ſollicitare poteſt, mordere omninò non poteſt, niſi volentem, non enim cogendo: ſed ſuadendo nocet, non extorquet à nobis conſenſum; ſed petit, &c. Et de mente S. Hieronymi in quodam Serm. ſuo dicit, debilis eſt hoſtis, qui non vincit, niſi volentem, &c. Ita dicendum fuit; de primis parentibus: qui cum in honore eſſent, non intellexerunt, &c. D. autem P. Auguſtinus verſ. Beata gens, &c. Amant omnes homines beatitudinem, & ideò peruerſi ſunt homines, qui volunt eſſe, miſeri nolunt eſſe; & cum malitiæ ſit indiuidua comes miſeria, iſti peruerſi non ſolum mali eſſe volunt, & miſeri non ſunt eſſe, quod fieri nõ poteſt: ſed ideò volunt mali eſſe, ne miſeri ſint. Quis furtum facit, & quæris, quare? propter famem propter neceſsitatem, & ergo ne miſer ſit malus eſt, ideò miſerior; quia

Lumine 4. ex Pſal. 48.

I. primo ſtudij veræ ſapientiæ cap. 5.

Pſal. 32.

Simile Auguſtinianum.

quia malus eſt, depellente ergo miſeriæ cauſa, & acquirendæ beatitudinis cauſa omnes homines faciunt quicquid, vel boni mali faciunt. Et infra eodem verſ. quære ergo quid habeas, vt Beatus ſis. Cum enim Beatus fueris, melior vtiq; eris, quam cum miſer es. Fieri autem non poteſt, at res deterior te Beatum faciat, & melioré. Homo es, deterius eſt quicquid cupis, quo Beatus eſſe deſideras, Aurum, & argentum, quælibet corpora quibus inhias acquirendis, poſsidendis, fruendis, inferiora te, tu melior, tu fortior es, & vtique vis melior eſſe, quum es, cum beatus eſſe vis: quia miſer es, &c. Vnde ad rem. idem S. P. Auguſtinus verſ. diuitiæ ſi affluant. Nolite cor apponere. Docet etiam falſas, & fallaces diuitias non eſſe amandas: ſed potius ſpernendas, abundant, licet, & ſequatur te ſæculi proſperitas, tu, mari noli credere, nec ridenti pulchrum ſimile, &c. Si affluant, & abundant calca eas, & ſuſpendere ex Deo tuo. Cum enim eas ſubter habueris, & ex illo pependeris, cum fuerint ſubtractæ non cades, &c. Idem D. P. Auguſtinus verſ. vltimo dicit, hic autem cum ſumus, inopes nos eſſe intelligamus, & gentes, non ſolum harum diuitiarum: quia non ſunt veræ diuitiæ: ſed ipſius ſalutis, &c. Et infra eodem loco. Non ſunt ergo illæ diuitiæ: ſed mendicitas: quia quantò magis abundant, tantò magis creuit inopia, & auaritia. Idem D. P. Aug. verſ. qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur; dicit, ſunt, qui præſumunt in amicis ſuis, alij in diuitijs ſuis: iſta eſt præſumptio humani generis non præſumentis in Deo. Et idem D. P. Auguſtinus verſ. in Ciuitate tua, & c Quicunque iſta non habetis, non cupiatis: quicunque habetis, non in eis præſumatis. Ecce dixi vobis; non dico damnamini: quia habetis: ſed damnamini ſi de talibus præſumatis, itaq; clarè apparet falſitas diuitiarum. Vnde D. Auguſtinus verſ. in vnum ſimul diues, & pauper, per diuites intellige ſuperbos, per pauperes intellige humiles. Idcirco rationabiliter diuites dimiſit inanes, &c. Idcirco idem D. P. Auguſtinus verſ. quomodo cantabimus canticum, &c. De mente D. Apoſtoli dicentis, præcipe diuitibus huius ſæculi, non ſuperbè ſapere:

Pſal. 53.
Pulcrum ſimile.
Auguſt.
Pſal. 132.
Pſal. 58.
Pſal. 72
Pſal. 48.
Pſal. 136.
Ad Thimot. primo cap. 6

pere: neque ſperare in incertò diuitiarū: ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis omnia abbundanter ad fruendum. En itaq; diuitiarum prauitas, ac vanitas, &c. B. aut Aegidius noſter Rom. de mente Philoſophi primo lib. poll. cap. 1. 5. & 6. dat. & docet aliam diuitiarum diſtinctionem, quarum quædam ſunt diuitiæ naturales; quædam ſunt artificiales. Diuitiæ naturales dicūtur eſſe, quæ naturaliter ex rebus naturalibus producūtur, vt agrorū fructus, vel arborum, vt frumenta, vina, vel etiam ex animalibus vniuerſaliter, quæcunque immediatè ad victum, & veſtitum deſeruiunt. Artificiales autem diuitiæ ſunt, quæ per artem, & induſtriam hominum inuentæ ſunt, cuiuſmodi ſunt aurum, argentum, & vniuerſaliter omne numiſma, quæ immediatè indigentias corporales non ſupplent: ſed per cōmutationē indigentiæ deſeruiunt corporali, &c. Aurū .n. & Argentū licet ſint naturalia metalla sūt tamen artificiales diuitię. In neutris diuitijs his, eſt ponēda fęlicitas humana. Vera enim fęlicitas noſtra eſt bonum noſtrum ſecundum ſe, non bonum noſtrum ex ordinatione hominum. Aurum enim, & argentum non ſatiant animam noſtram, nec ſunt perfecta bona, ergo rectè diuites dimiſit, &c. Hinc veritatem habet plenam illud S. Prophetæ dicentis, diuites eguerunt, &c. Quamobrem B. Albertus noſter Patauinus dicit conditio hominis, pænitus, eſt paupertas, à qua nunquam liberari poteſt ex Iob cap. nudus egreſſus, nuduſque reuertar illuc. Et ſecundum Senecam quis eſt diues? qui non cupit diuitias. Quis eſt pauper? qui cupit diuitias, &c. Diuites ergo dimiſit, &c. Huic poſitioni prædictæ accedit altera Michaelis Durazzini noſtri Emporienſis in Concione S. Mariæ Magdalenæ de illo diuite dicente, gaude anima mea multa habes bona repoſita in annos plurimos, &c. Stultè, ac noctè repetent animam tuam, quæ autem paraſti, cuius erunt? ſic diuites eguerunt, & diuites dimiſit inanes. B. Aegidius noſter Rom. de mente Philoſophi ſecundo Theoricorum cap. 17. narrat, quinque malos, ideſt prauos mores ipſorum diuitum. Diuites enim primo ſunt elati, ideſt ſuperbi. Secundo contumelioſi. Tertio molles, & intemperati, ideſt

De Reg. Principū p. p primi lib. c. 7.

Psal. 33. Domin. quinquagesimæ. Lucæ cap. 18. P. ſecūda Serm. Iob. c. 1. Lucę capit. 6. Ead. 1. lib de Reg. Principū p. 4. cap. 6

ideſt luxurioſi. Quarto iactatores alios deſpicientes. Quinto reputant ſe dignos principatu. En clarius diuitiarum iſtarum caducarum prauitas, ſiue mala ſocietas, ratione abuſus. Vnde meritò Deus eoſdem diuites dimiſit inanes,&c. Qua propter B. Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam, verbo aliud ſemen cecidit inter ſpinas,&c. De mente S. Gregorij ibidem dicentis. Spinæ illæ ſunt diuitiæ mentem noſtram pungentes; ſecundum etiam Domini Saluatoris expoſitionem; diuitiæ enim pungunt animã in mundo in iudicio, & in inferno. In mundo triplex eſt illarum punctura, laboris in acquiſitione, timoris in poſſeſsione, & doloris in ammiſsione. In iudicio pungent mẽtem. Cum dicet Dominus his, qui à ſiniſtris eius erũt. Ite maledicti,&c. Eſuriui enim,& non dediſtis mihi mãducare, &c. In inferno diuitiarum ſpinæ pungent mentem perpetuo cruciatu, quo ardebit obſtinatus peccator, ideſt vanus diuitiarum poſſeſſor, habemus exemplum de diuite Epulone apud D. Lucam. Idem Beatus Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam, verbo, homo quidam erat diues, qui habebat villicum,&c. Aliter diſtinguit de diuitijs dicens, Deus largitur hominibus alia, ſed diuitiarum genera, diuitias naturæ, fortunæ, corporis, animæ, gratiæ, & gloriæ. Diuitiæ naturæ ſunt communes, mundi macchina cum toto ſuo ornatu, Cælum cum ſyderibus, cum omni ſuo ornatu, & omnia ælementa, quæ dedit Deus cunctis gentibus, vt dicitur Deut. Diuitiæ fortunæ ſunt pecunia, poſſeſsiones, municipia, & beſtiæ, de quibus dicitur, à Sancto Proph. dicitur, omnia ſubieciſti ſub pedibus eius,&c. Oues boues,&c. Diuitiæ corporis ſunt generoſitas Sanguinis, ſiue originis, ſanitas, fortitudo, pulchritudo,& ordinata membrorum diſtinctio. Formauit enim Deus hominem de limo terræ. Diuitiæ animæ ſunt viuacitas ſenſuum, qualitas iraſcibilis, virtus amatiua, ars, ingenium, voluntas, intellectus, & memoria de quibus dicitur, quis fecit os hominis aut quis fabricatus eſt videntem,& cæcum? nonne ego. Huic generi diuitiarum D. P. Aug. in exordio primæ concionis addit diuitias fidei, ſpei, charitas, iuſtitiæ, pietatis, caſtitatis,& bonorum

Domin. ſexageſimæ. Cap. 8.

Matth. cap. 25.

Lucæ Cap. 16.

Domin. 8 Pentec.

Cap. 4

Pſal. 8.

Gen. c. 1.

Exod. c. 4

Pſal. 101. norum horum,&c. D. autem Plato lib. de voto ſolum ſa-
Lib. 2. pientem putat diuitem. Sequitur D. P. Aug ibidem di-
cit nemo enim habet has niſi per eum, qui iuſtificat im-
pium. Sequitur B. Albertus Patauinus ibidem, diuitiæ
gratiæ ſunt, fides, ſpes, charitas, fortitudo, temperantia,
iuſtitia, prudentia, ſcientia, ſapientia, intellectus, amici-
tia, honor, laus, & fama. Diuitiæ gloriæ ſunt, aperta Dei
viſio, dulcis ipſius amor, iuxta illud D. Apoſt. quid ha-
1. Cor. cap. 4. bes homo, quod non accepiſti? &c. Et alibi oſtendit di-
Ad Rom. cap. 9. uitias gloriæ ſuæ in vaſis miſericordię, &c. Diuites ergo
dimiſit inanes, &c. Secundum diuitias fortunæ præcipuè,
Pſal. 48. de quibus Iacobus noſter Valentinus verſ. qui confidũt
in virtute ſua, &c. Nam multi ſunt diuites huius ſæculi,
qui tantum confidunt in diuitijs, & Domino mundano,
quod non credunt aliam vitam, nec pœnam peccatorum
poſt mortem, & ſic putant per diuitias ſuas omnia mala
Cap. 6. euadere: ſed diuites ex quo diuites ſunt, difficile ſaluã-
tur, de quibus dicit Micheas Proph. Diuites eius repleti
Pſal. 9. ſunt iniquitate, & alibi Sanctus Propheta Dauit dicit, ſe-
det in inſidijs cum diuitibus, vt interficiat innocentem;
ſicut docet, etiam D. P. Auguſtinus verſ. Ecce homo, qui
Pſal. 51. non poſuit Deum adiutorium ſuum, &c. Sed ſperauit in
multitudine diuitiarum ſuarum, &c. Multi egentes fa-
cultate, ardent, cupiditate. Et abeunti à ſe illi diuiti con-
triſtato Dominus Ieſus Chriſtus dixerat vade, & vende
omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis Theſau-
rum magnum in Cælo, & veni ſequere me: magnam de-
ſperationem diuitibus prænunciauerat, vt diceret, faci-
lius poſſe intrare Camelum per foramen acus, quam di-
uitem intrare in Regnum Cælorum, &c.. Et parum infra
idem D. P. Auguſtinus eodem loco ſubinfert, ſcitote, Fra-
Lib. 7. c. 28. tres, non pecuniam in diuite: ſed auaritiam condemna-
Difficultas magna circa diuitis ſalutem. ri: quo circa B. Simon noſter de Caſsia de ſimilitudini-
bus Saluatoris, tangens eandem Saluatoris difficultatem
Cameli introitus foramen acus, dicit, Camelus, ideſt fu-
nis magnus, & craſſus, ſi fuerit in partes ſubtiliſsimas mi
nutatus introire poterit, &c. Sic delicatus diues poteſt,
ſiue poſſet ſaluari cum verſus adhibita multi temporis in

tentione

tentione pœnarum, ſic diues, abiectis diuitijs, aut vſquequaq; humiliatus in illis portam fortè ingredietur æternam. Videre ergo diuitiarum prauitatem, ſiue vanitatẽ maximam. Vnde B. Iordanus noſter de Saxonia lib. Ser. ſuorum de Sanctis, Sermone 3. de S. Laurentio, diuitiæ (ex Eccleſiaſtico cap. 5.) congregantur in malum Domini ſui, &c. Idcirco diuites dimiſit inanes, &c. S. Proph. Ecce ipſi peccatores, & abbundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias (ſupple) falſas, & fallaces, &c. D. P. Aug. egregiè oſtendit diuitiarum vanitatem ad Aeremitas ſuos, Sermone trigeſimo primo dicens, ò diuitiæ dulciſſimæ, & ſuauiſsimæ hominibus inſipientibus apparetis: ſed omni veneno mortaliores eſtis omninò. Venenum enim quis ſumere poterit, niſi fuerit aliqua dulcedine copulatum? ſed commixtum dulcedini faciliter ſumitur. Sic .n. qui recipit moritur. Sic qui diuitias amat dulcedinem videtur guſtare: ſed ecce mors inter diuitias latens hominẽ ſuperbum, & elatum, diuitem inflatum aggreditur, & aggreſſus occiditur, & occiſus ad infernum perducitur. Ecce quantum proſunt nobis diuitiæ mundi huius per quas occidimur: per quas quotidie mutatur: per quas frequenter inſidiamur: per quas eleuamur in vanitatem: per quas mendaciter veneramur: per quas animam ſuperbã ad infernum diabolus ſemper conducere expectat. Tollite ergo (Fratres mei) diuitias, vt facilius, tollatis ſuperbiam: tollite diuitias, & infernus non erit. Date eleemoſinam, & omnia munda dabuntur vobis. O Fratres mei, an ignoratis, quod pauperibus non dare, tuliſſe eſt? & meritò quandoquis poteſt eſurientibus ſubuenire ſi non paſcit: meritò vitam extinguit, & eos mori permittit. Hęc autem quo ad primum propoſitum dicta ſint. Quo autem ad ſecundum propoſitum de earundem bonitate, & ſi multa ſint dicta de earundem prauitate: nullum tamen ſequitur inconueniens diuerſis reſpectibus, dicere de earundem bonitate. Nam vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. vbi dicit non tantum bona: ſed valde bona addit, &c. Ad oſtendẽdam Dei opt. perfectam actionem in ſuis operibus. Diuitiæ ergo ſunt bonæ, bonæ quidem

Lib. Ser. de Sanctis Ser. 115.

Pſal. 113.

Lucæ capit. 11.

Secundũ propoſitũ

Gen. c. 1.

Q dem

dem benè vtentibus ipſis. Vnde D. P. Auguſtinus verſ. Quoniam ego egenus, & pauper ſum, &c. Diues autem ille peccato diuitiarum ſuarum ad tormenta miſſus eſt, in illo paupere humilitas intelligitur honorificata, in illo diuite ſuperbia damnata breuiter probo: quia in illo diuite, non diuitiæ: ſed ſuperbia cruciabatur. Abraham fuit diues; ſed in diuitijs pauper, humiles, tremens, & omnia præcepta ſeruans diuina, &c. Diuitiæ ergo bonis bonæ ſunt, & malis malæ ſunt; ſicut Theriaca, vt venenum purgatum ſanat, & vt venenum ſine purgatione occidit; ita ſuo modo diuitiæ, &c. Quæ ſimiles ſunt farinæ, vel molendino in quo introeuntes ſemper farinæ ſignum ſupra ſe recipiunt, vel pici de qua dicitur, qui tangit picem inquinabitur ab ea, &c. Vultis ne videre clarius idem in ſpeculo Euangelico? dediſtis mihi manducare, & non dediſtis mihi manducare, &c. En itaq; vſus, & abuſus diuitiarum, vſus laudatur, abuſus verò condemnatur. Quadetc optimè dixit ad rem D. Apoſt. dicens, qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli, ratione abuſus, &c. Ite maledicti, &c. Et S. Proph. itidem dicit, & relinquet alienis diuitias ſuas, & ſepulchrum illorum domus illorum in perpetuum; ſicut patet de diuite Epulone mortuo, & ſepulto in inferno, &c. Quo tandem ad tertium propoſitum de diuitiarum vtilitate dicit Diuus P. Aug. in præfatione, fecit Deus pauperem, vt probet hominē, & fecit Deus diuitem, vt probet illum de paupere, & omnia quæ fecit Deus rectè fecit, & facit. Ex his itaq; clarè colligitur quod Deus, cum fuerit diuitem, & diuitias, rectè fuerit ad vtilitatem vtriuſque diuitis & pauperis, rectè diuitias diſtribuentis pauperibus recipientibus ſummi Dei amore. Vnde idem S. Proph. Dauid idem commendans Sanctum exercitium dicit. Iunior fuit, etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem; ratio præcipua ſequitur: quia tota die miſeretur, & commodat, & ſemen illius in benedictione erit, &c. Vbi Iacobus noſter Valent. ſic habet: quia dando temporalia, recipit ſpiritualia, & æterna, & ideò ſemen, & proles eius erit in benedictione, & abundantia bonorum,

[Margin notes: Pſal. 85. — Lucæ capit. 16. — Simile — Simile — Eccleſiaſt. cap. 13. — Matth. cap. 25. — 1. Ad Timot. c. 6. — Pſal. 48. — Tertium propoſitū — Pſal. 123. — Pſal. 36.]

rum,etiam temporalium; quia quandoq; Deus non ſolū retribuit ſpiritualia pro ælemoſinis iam factis: ſed etiā temporalia bona, &c. Gloria enim, & diuitiæ in domo eius; & per his ſemen ſuperius poſitum intelligūtur, opera noſtra bona, quæ dicuntur ſemina ſecundum D. Apoſt. ſeminamus ſpiritualia, vt colligamus temporalia, & è cōuerſò. Nam dare ælemoſinam nil aliud eſt, niſi ſeminare temporalia, & mittere ſpiritualia. Ex quo clarè patet, quod diuitiæ peccatorum, ſunt inutiles, & ſine fructu, diuitiæ verò iuſtorum ſunt vtiles, & fructuosè. Sex autem ſunt ælemoſinæ fructus. Nam primo dat hæreditatem in Cælo. Secundo dirigit vitam hominis in benedictione, ſiue in bono, ne cadat. Tertio ſi ceciderit reducitur in gratiam. Quartò non deſerit hominem in tribulationibus temporalibus: ſed liberat. Quinto auget bona temporalia, & liberat à paupertate, vt plurimum. Sexto ælemoſinæ parentum proſunt etiam filijs, &c. Vnde D. P. Aug. verſ. præcium redemptionis, &c. Illi dant præcium animæ ſuæ qui non ceſſant ælemoſinas facere, &c. Diuites ergo falſos, & fallaces dimiſit, &c. Sed bonos diuites honorat, & æternaliter Deus opt. præmiat. Concludamus igitur cum S. Proph. dicente, melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas, & maximè perpendēda eſt S. Iob ſententia dicentis diues, cum dormierit nihil ſecum afferet aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet forſan: quia diuites dimiſit inanes, &c. Rogandus eſt ergo ille ſummus omnium ditiſsimus Deus toto corde ne nos, ſiue diuites, ſiue pauperes dimittere velit inanes, & vanos, ac vacuos, ſed potius diuina plenos benedictione. Amen.

Pſal. 111. 1. Corin. cap. 3. Sex ælemoſinæ fructus. Pſal. 58. Pſal. 36. Iob cap. 27.

LECTIO VNDECIMA VERS.

SVSCEPIT ISRAEL PVERVM SVVM, ET CAETERA.

In qua agitur primo de eiuſdem pueri puritate. Secundo de prauitate noſtra in ſuſceptione eiuſdem. Tertio de cauſa eiuſdem ſuſceptionis noſtræ.

VVLGO dicere ſolemus. Dando, & recipiẽdo amici cõſeruantur. Vera.n.amicitia nõ ſolũ oſtenditur interiori amore, ſiue affectu: ſed exterioribus ſignis, & muneribus, nec alter ab altero vrbanitate ſe ſuperari permittit, vt experientia rerum magiſtra docet, ad euitandum turpe ingratitudinis vitium, & ad oſtendendam vtriuſque animi magnitudinem, ſiue magnanimitatem. Deus itaq; inter omnes magnus, ſiue maximus, magnanimus maximis donis, & muneribus nos primo præuenit. Quamobrem

obrem S. Proph. cæleſti donatori immortales agens gratias dicit, benedictus Deus in donis ſuis, & per additionem Eccleſiæ, & Sanctus in omnibus operibus ſuis. Sancta Mater Eccleſia vtitur talibus verbis pro gratiarum actione, &c. Et D. P. Auguſtinus verſ. millia millium lætantium, &c. De mente D. Apoſt. dicentis, aſcendiſti in altum captiuaſti captiuitatem, dediſti dona hominibus. Nam vnicuiq; noſtrum datur gratia ſecundum menſurā donationis Chriſti, dedit dona hominibus, mittens eis Spiritum Sanctum, qui eſt Spiritus Patris, & Filij, & accepit dona in hominibus, ideſt Sanctos, & membra eius. Maximum donorum eſt illud, de quo Diuus P. Auguſtinus in præfatione pſal. 85. Nullum maius donum præſtare Deus poſſet hominibus, quam, & verbum ſuum, per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos ei tamquam membra coaptaret, vt eſſet Filius Dei, & filius hominis, & vnus homo cum hominibus, & D. Apoſt. loquēs de Filio Dei nobis donato, dicit, quomodo non etiam cū illo omnia nobis donauit, hoc autem ſuppremum, & cæleſte donum B. V. Maria prædicans dixit. Suſcepit Iſrael puerum ſuum, &c. Sui Sancto puero magi in die Sancto Epiphaniæ credentes ad eundem venerunt dicentes Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudeorum? vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum; iuxta illud etiam propheticum. Reges Tharſis, & Inſulæ munera offerent, Reges Arabum, & Sabba dona Domino Deo adducent, &c. Et alibi filiæ Tyri in muneribus: vultū tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Sic etiam in hoc ſæculo conſueuerunt homines in natiuitate ſuorum Principum, eoſdem pręcioſis donis honorare, ac recognoſcere, præcipuè vbi, & quādo adeſt magna beneficiorum copia, & collatio ex parte Principum, & perfectus Amor ſubditorum recipientium, & mutuo donantium. B. itaq; V. Maria hæc omnia profunde excogitans, & diuinorum donorum maximam abundantiam, atq; humanam ob id æqualem obligationem poſt multas Deo opt. laudes meritò latas oſtendens animi ſui debitam promptitudinem dixit, ſuſcepit Iſrael puerum ſuum, ideſt Chriſtum Redem-

Pſal. 104. Eccleſia Pſal. 67. Ad Effeſ. cap. 4. Pſal. 85. Ad Rom. cap. 8 Matth. cap. 2. Pſal. 91. Pſal. 44. Simile. Tria propoſita.

demptorem humana carne velatum, & indutum. In hac ergo præſenti lectione de more noſtro tria conſideranda proponuntur: Primum eſt puritas iam dicti pueri. Secundum eſt puritas noſtra neceſſaria in tali ſuſceptione. Tertium cauſa talis ſuſceptionis. Quò itaq; ad primum, dicendum eſt puerum ſic appellari à puritate, vt docet B. Albertus noſter Patauinus ſuper Lucam verbo, poſtquam conſumati ſunt dies octo, vt circunciderɇtur puer, &c. De mente Iſidori lib 6 ethimologiarum cap. 2. dicentis, q. gradus ætatis ſunt ſex. Prima eſt infantia quæ eſt naſcentis hominis vſque ad 7. annos, & dicitur homo tunc infás: quia fari, ideſt loqui non poteſt, carens dentibus benè ordinatis ad loquendum. Secunda ætas eſt pueritia à ſeptimo anno, vſque ad 14. & dicitur à puritate puer: quia caret lanugine: ſed melius dicitur puer à puritate interioris animi. Tertia ætas eſt adoloſcentia vſque ad vigeſimum primum annum, & dicitur Adoloſcentia: qui adolet, auget, & generare facit. Quarta ætas eſt iuuētus dicta à iuuamento: quia iuuare poteſt. Quinta eſt virilitas à virtute ſic appellata, & à ſic. Sexta ætas eſt Senectus à declinatione ſenſuum, ſiue diminutione ſic dicta. Additus Septima ætas communiter dicta decrepitas, de qua S. Proph. dicebat, ſi in potentatibus octuaginta anni, amplius labor, & dolor. Et Iacobus noſter Valentinus has numerat ætates, verſ. quoniam mille anni ante oculos tuos, &c. Colligit miſeriam noſtram humanam ex duobus. Primo, quia abbreuiata eſt vita noſtra. Secundo, quia variata eſt tot ætatibus donec terminetur eadem vita noſtra per mortem. Dominus ergo Ieſus Chriſtus dictus fuit puer à puritate iuxta illud, puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, de quo etiam S. Proph. dicit, da imperium puero tuo. Qui fuit purus corpore ex puriſsimis ſanguinitatibus B. Virginis Mariæ conceptus, à quo totaliter longè fuit illud eiuſdem S. Proph. dicentis, & in peccatis concepit me mater mea, &c. Purus etiam fuit quo ad animam: quia ſine originali, & actuali culpa ſemper fuit. Vnde Thomas noſter Argentinus ad rem dicit, ſi Chriſtus peccare potuiſſet, potuiſſet etiam damnari, quod

Deriuatio pueri, cap. 2. In die circūciſionis Domini. Sex hominis ætates.

Pſal. 88.

Pſal. 89.

Iſaiæ capit. 9. Pſal. 85. Pſal. 150.

3. Sen. d. 2. q. 1. ar. 2. fundamentaliter.

quod eſt maximè abſurdũ, idem docet etiam Franciſcus noſter à Chriſto Luſitanus dicens, Chriſtus non habuit potentiam peccandi formaliter. Probatio. Chriſti voluntas non potuit exire in actum peccandi, ergo Chriſtus non habuit potentiam peccandi formaliter. Antecedens probatum eſt 2. d. q. 3. concl. 3. &c. Secunda propoſitio Chriſtus habuit potẽtiam peccandi materialiter. Habuit ſiquidem voluntatem, & liberum arbitrium, quibus potentijs peccant homines peccatores, &c. Puer ergo Chriſtus à puritate. B. Albertus noſter Patauinus ſuper Mattheũ verbo, & ecce ſtella quam viderunt magi, & ſtaret ſupra vbi erat puer. Chriſtus dictus eſt puer ratione puritatis, & innocentiæ ratione humilitatis, obedientiæ, liberalitatis, & beneuolentiæ, pueri namque ferè omnes eaſdem habere ſolent qualitates, ſiue conditiones amabiles: at multò magis incomparabiliter eoſdem habuit Dominus Ieſus Chriſtus qui de ſemetipſo loquens ore proprio plenam facit fidem dicens, quis ex vobis arguet me de peccato? nemo certè ſecundum rei veritatem, ac re vera poterat, potuit, poteſt, ac tãdem poterit vnquam dicere Chriſtum aliquo pacto peccaſſe. Vnde rationabiliter ipſe Chriſtus ſe ſoli comparauit. In Sole poſuit tabernaculum ſuum, &c. Et Apoc. Ecce tabernaculum Dei cũ hominibus, & alibi ore proprio dixit. Ego ſum lux mundi. Quamobrem; ſicut in ſole viſibili, & corporali nullo pacto tenebræ vnquã reperiri potuerunt, ſiue poterunt, ita & multò minus in Sole Chriſto tenebræ peccatorum reperiri potuerunt. Sol namque, & ſi aliquando videatur obſcurari, & ecclipſari propter interpoſitionem Lunæ inter nos, & ipſum, vt communiter inſinuant domini Aſtrologi: nunquam tamen tenebræ accedunt ad ipſum lucis fontẽ naturalem. Modo ad rem, tempore mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti facta fuit aliqualis Eccleſiaſtico ſolis naturalis, & ſpiritualis, quando tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram, propter interpoſitionem Lunæ humanitatis: nunquam tamen peccatorum tenebræ tetigerunt eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, &c. Et idẽ B. Albertus noſter Patauinus, vbi ſupra, verbo, quis ex vobis

3. Sen. d. 12. q. 3.

Cap. 2. In Epiphania Domini 3. ſer.

Ioa. c. 8.

Pſal. 18. Simile Cap. 21. Ioa. c. 1.

Simile

Lucæ Cap. 22.

Domin. Paſſionis.

Ioa. c. 8. vobis arguet me de peccato? &c. De mente D. Iob abſit
Cap. 34 à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas cum ſit San
ctorum Sanctus, &c. Deus ergo factus eſt homo puer à
Pſal. 68. puritate, vel puritate ſecundum D. P. Auguſtinum verſ.
Ne auertas faciem à puero tuo, & ſecundum Michaelem
In die circumciſionis. noſtrum Durazzinum Emporienſem lib. Serm. de San-
ctis, & Quadrageſimæ puer Chriſtus paruus fuit quanti-
Cap. 18. tate, ſed magnus virtute, &c. Matth. niſi conuerſi, &c.
Efficiamini ſicut paruuli, &c. Adhuc ſine peccato fuit, &
Lib. 2. de Generat. Tex. 50. purus omni carens vndequaq; macula, &c. Idem manens
idem, ſẽper facit idem docet Philoſophus: at verbum Di-
uinum, ideſt filius Dei aſſumens humanitatem manſit
Serm. 1. Epiphaniæ. idem, nulla facta mutatione in Sanctiſsima voluntate
eiuſdem ergo, &c. Suſcepit itaq; Iſrael puerum ſuum, &c.
De quo S. Leo Papa dicit, ad omnium hominum, enim
ſpectat ſalutem, quod infantia Saluatoris, ac mediatoris
Dei, & hominum, iam vniuerſo declarabatur mũdo, &c.
Et parum infra eodem Serm. de Chriſto loquens dicit no
luit tamen intra maternæ habitationis anguſtias ortus
Serm. 5. Epiphaniæ. ſui latere primordia: ſed mox ab omnibus voluit agnoſci,
qui pro omnibus dignatus eſt naſci, &c. Suſcepit ergo,
&c. D. autem Fulgentius noſter dicit, quis eſt iſte Iudeo-
rum Rex? pauper, & diues: humilis, & ſublimis, qui por-
tatur, vt paruulus adoratur, vt Deus. Paruulus in præſe-
pio, immenſus in Cælo, &c. Et infra eodem Serm. dicit,
puer iſte, qui dicitur Rex Iudeorum, idem eſt creator, &
Dominus Angelorum, & arguens Herodem iam Regem,
& eiuſdem Chriſti accerrimum perſecutorem eodem lo-
co dicit. Quapropter cuius times infantiam naſcentis;
In Serm. Sancti Stephani. magis timere debes omnipotentiam iudicantis. Et idem
D. Fulgentius noſter dicit de Chriſto heri Rex noſter
trabea carnis indutus, de Aula vteri virginalis egrediens
viſitare mundum dignatus eſt, &c. Ob id ergo ſuſcepit
Iſrael, &c. Et tandem eodem Serm. infra dicit, ſolus de-
ſcendit Dominus, vt multos eleuaret. Humiliauit ſe Rex
noſter, vt ſuos exaltaret milites, &c. Suſcepit ergo, &c.
Ioan. c. 1 Idem tandem manens idem, &c. Illuminando omnem
hominem venientem in hunc mundum, &c. Clarius quã
Sol.

Sol. Ergo in eo tenebræ non ſunt vllæ, exempli gratia, ſi quis indueret ſe tunicam pulchram albam, vel alterius coloris, & nunquam eandem deturparet ſemper pulchra, & alba proculdubio remaneret; modò ſic Dominus Ieſus Chriſtus habitu inuentus, vt homo, & ſecũdum D. Apoſt. Petrum eandem humanitatis veſtem Chriſtus nunquam maculauit qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, & alibi idem D. Petrus dicit, arguens Iudeos, vos autem Sanctum, & iuſtũ negaſtis, & petiſtis viuũ homicidam danari vobis, auctorem verò vitæ inter feciſtis, &c. En itaq; Sancta, & maxima Domini Ieſu Chriſti vita pura, & immaculata, & ionnocẽs de qua idẽ D. Petrus Apoſt. dicit, Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, iuſtus pro iniuſtis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu, &c. Et alibi de eodem Domino Ieſu Chriſto loquens dicit, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, &c. Modò ſic lumen admirabile nullas admittit tenebras: ſed potius totaliter expellet ab eo, in quo eſt, &c. Ita Dominus Ieſus Chriſtus eſt illud admirabile lumen, &c. Cum dicat ipſe ore proprio, ego ſum lux mundi, &c. Lumen eſt actus colorum, ſecundum Philoſophum; ita Dominus Ieſus Chriſtus, vt perfectiſsimum diuinum lumen actuat, id eſt perficit omnes aliorum ſeruorum ſuorum virtutes. Vnde idem D. Petrus Apoſt. ad rem dicit, chariſsimi, deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & inuidias, & omnes detractiones, ſicut modò geniti infantes, rationabile, ſine dolo lac cõcupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutem: ſi tamen guſtatis: quoniam dulcis eſt Dominus, &c. Et ſic curat actuare opera noſtra, vt clariſsimum lumen, &c. Hinc ore proprio dixit, ego ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumen vitæ, & alibi dicit, lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem ratio fuit, quia omnis qui malè agit, odit lucẽ, vt nõ arguantur opera eius, &c. En igitur quomodo Dominus eſt lumen, &c. Vt lumen actuat, ſiue detegit prauorum operum noſtrorum maculas. Vnde Philoſophus

Simile

Ad Phil. cap. 2.

Epiſtola 1. cap. 2.

Actuum Apoſt. cap. 3.

Epiſt. 1. cap. 3.

Epiſt. 1. cap. 2.

Ioa. c. 8

Lib. 2. de Anima Tex. 69.

Epiſt. 1. cap. 2.

Ioa. c. 8.

Ioa. c. 13.

loſophus dixit, videtur autem lumen contrarium eſſe tenebræ, ſic etiam docent ibidem B. Aegidius noſter Rom. & Paulus noſter Venetus. Eſt ergo Dominus lumen, ſiue actus melior incomparabiliter, quam lumen. Quò circa D. P. Auguſtinus verſ. 1 de mente D. Apoſt. dicentis, vt iam non ambuletis ſicut, & gentes ambulant in vanitate mentis ſuæ obſcurati intelligentia alienati à via Dei per ignorantiam, quæ eſt illis propter cæcitatem cordis ipſorum. Si ergo obſcurati ſunt intelligentia, ideſt quia nō intelligunt, obſcurantur. Ergo qui intelligunt illuminantur. Apud Deum eſt fons vitæ, & inſiccabilis fons, in illius luce lumen inobſcurabile. Cui lumini videndo oculus interior præparatur. Cui fonti hauriendo ſitis interior inardeſcit, &c. Ob id purum ſupra eodem pſal. & verſ. Dicit, ideſt D. P. Auguſtinus eſt ergo, Fratres, quædam lux intus, quam non habent, qui non intelligunt. Lumen itaq; eſt actus, &c. De hoc autem lumine conquerebatur S. Propheta dicens, propter ſuum peccatum, lumen oculorum meorum non eſt mecum. Lumen ergo eſt actus, &c. Ad rem Euangeliſta noſter Boſius Patauinus dicit, Deū eſſe actum purum vniciſsimum infinitas fundans perfectiones, &c. Et Paulus noſter Venetus lib. 1. de anima tex. 6. q. tertuali ex 12. Meth. tex. 30. dicit itidem Deum eſſe actum purum, ſeu puriſsimum, & ad rem Petrus noſter de Aragon. docet, quod quantò aliqua fuerint propinquiora fini: tantò maiorem ſortiuntur bonitatem. At Deus ne dum eſt fini propinquus: ſed ipſemet eſt finis vltimus omnium rerum. Ergo quantò viciniora entia erunt ipſi primo enti. Eo magis erunt participantia diuinam bonitatem. Quamobrem, cum humanitas aſſumpta à verbo Diuino in vnione Hyppoſtatica .i. perſonale ſit ne dū propinquior: ſed etiam propinquiſsima ergo, &c. Sicut ſi quis (per impoſsibile) Solem indueret aliquam veſtem, veſtis illa certè ſemper eſſet lucida, vt quod ignem tangit ſemper eſt calidum; ita ſuo modò iam dicta S. Humanitas Diuino Verbo vnita, vt veſtis ſuo modò iuxta illud D. Apoſt. habitu inuentus, vt homo, &c. Suſcepit ergo Iſrael puerum ſuum, &c. Beatus Iordanus noſter de Saxo

Lib. 2. de Anima Tex. 70.

Pſal. 41.

Ad Eph. cap. 4.

Pſal. 37.

Lib. ſuorū Theo. 8 p. p. Theoric.

De Iuſtitia, & iure q. 58. ar. 12. concluſ. 3.

Simile Pulchrū.

Simile

Ad Phill. cap. 2.

nia notat, & docet, quatuor concomitari puerilem innocentiam. Quorum primum eſt munditia caſtitatis ad ſe ipſum. Secundum eſt concordia charitatis, quoad proximum. Tertium eſt gratia maturitatis, quoad mundum. Quartum eſt obedientia magiſtralis, ſiue humilitatis quo ad magiſtrum. Quoad primum introducti ſunt pueri coram Rege, in quibus non erat macula (ſupple) luxuriæ, Quoad ſecundum, ſecundum Saluatorē; quicunque non acceperit regnum, ſicut puer: quia pueri ſibi pares diligunt; ita Chriſtus puer, &c. Quoad tertium, Tobias cum eſſet iunior omnibus in Tribu Nephtalim nihil puerile geſsit in opere, &c. Et ſic puer fugere debet vitioſorum conſortium. Quoad quartum de obedientia, & humilitate. Exemplum habemus de Sancto Hieremia Proph. Seipſum excuſante, A, à, à, puer ego ſum, & neſcio loqui; ſed quis Domino Ieſu Chriſto humilior? ſubditus non magiſtris: ſed parentibus. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, &c. Sinite paruulos venire ad me. Talium enim eſt regnum cælorum, &c. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, &c. Et idem B. Iordanus lib. Serm. de Sanctis Ser. 8. de mente Philoſophi lib de memoria, & reminiſcentia dicentis, pueros eſſe molles, ſicut ceram faciliter recipientem quamcunque impreſsionem, vt de ſigillo patet, &c. Senes eſſe, ſicut parietes, coagulatos, &c. De puero autem Chriſto dicitur factum eſt cor meum, tamquam cera liqueſcens, &c. Et idem B. Iordanus eodem Serm. 8. de mente D. Cipriani lib. 12. abuſionum dicentis; ſicut non inuenitur fructus in arbore, in qua prius flos non apparuerit; ſic nec homo in Senectute poterit conſequi virtutem, qui in adoloſcentia ſua alicui diſciplinæ operum non dederit, &c. Suſcepit ergo Iſrael, & Dominus autem Ieſus Chriſtus in pueritia ſua, vt flos florum ſe habuit iuxta illud Iſaiæ egredietur virga de Radice Ieſſe, & flos de radice eius. Ex quo quidem flore completus fuit fructus ſalutis noſtræ. Benedictus fructus ventris tui in ſalutatione Angelica, &c. Qui fructus ab inſtanti conceptionis ſuæ plenus fuit gratię, & veritatis. Suſcepit ergo, &c. Omnes homines libenter acci-

Lib. Ser. de Sanctis Ser. 2. o.

Dan. c. 1.

Lucæ capit. 18.

Thobiæ cap. 1.

Hieremi. cap. 1.

Lucæ c. 2

Ad Phill. cap. 2.

Lucæ Cap. 18.

Pſal. 2.

Pſal. 21.

Simile

Iſaias capit. 11.

D. Thomas 3. p. q. 34. Ar. 1.

pere, ſiue recipere ſolent flores, & fructus olfacere, & guſtare; multò magis recipere deberent Dominum Ieſum Chriſtum cæleſtem florem, & fructum Virginalem. Nam certè ſi cæleſtes flores, & fructus ad nos deſcenderent, omnes pro poſſe ad eoſdem recipiendos violenter, ac audacter currerent. Suſcepit ergo, &c. Vel aliter. Puer dicitur, quaſi purus aer à puritate ſecundum Albriacum de Roſate in ſuo repertorio in primo Alphabetico. Modò puer pro Chriſto ſic poteſt ethymologiari ex litteris pueri. Nam prima littera pueri eſt P. per P. patris, per V. verbum, per E. æternaliter, per R. regnas, ſignificatur. Secunda Ethymologia. Per P. partus, per V. Virginis, per E, hæreditatem per R. reſtituens. Tertia Ethymologia, per P. paſtor, per V. verus, per E. errantes, per R. reconcilians, vel reuocans. Quarta Ethymologia, per P. panis, per V. viuus, per E. eſurientes, per R. reficiens, vel replens. Hinc idem puer Chriſtus ad rem rectè dixit, ego ſum panis vuus, qui de cælo deſcendi, &c. Eſurientes impleuit bonis, &c. Suſcepit ergo, &c. Puerum Chriſtum hæc omnia prædicta egregie facientem, de quo dicebat Sanctus Propheta, da imperium pueró tuo, &c. Et ſic Imperator Cæleſtis omnipotenter hæc facere poteſt, & potuit. Cui reſponſum fuit alibi, ego ponam illum excelſum præ regibus terræ, &c. Quò ad ſecundum propoſitum, de puritate noſtra neceſſariò requiſita ad talem pueri ſuſceptionem læta facie puerum Ieſum; imò virum perfectiſſimum ſuſcipere debemus, quem ſuſcepit Iſrael, &c. Quod quidem minimè fieri poteſt à nobis ſine pueri puritate, & innocentia, ſimplicitate, ac humilitate, de quibus omnibus dicit S. Proph. non priuabit bonis eos, qui ambulāt in innocentia, & alibi, pauit eos in innocentia, & alibi perambulabā in innocentia cordis mei. Vbi Iacobus noſter Valentinus dicit, & diſtinguit de duplici innocentia cordis nempe, & operis quibus additur. Tertia innocentia ſcilicet oris, & dicit S. Prophetam intelligendum eſſe in perſona Chriſti qui prius cœpit facere, & poſtea docere, cuius vita fuit nobis lex, & Doctrina, & dicit, & perambulabam, &c. Ideò ſicut totam duxi vitam meam cum innocentia,

Marginalia: Ioa. cap. 1. — Simile — Pueri quattuor Ethymologiæ. — Pulchra ſitu digna. — Ioa. c. 6. — Pſal. 85. — Pſal. 88. — Secundũ propoſitũ — Pſal. 83. — Pſal. 77. — Pſal. 100.

nocentia,& puritate,non ſolum operis;ſed etiam cordis,
& ſeruaui me ab omni peccato,& iniuſtitia in medio do-
mus meæ,quę eſt Eccleſia, & in medio diſcipulorum meo
rum ; ita præcipio in lege Euangelica fidelibus Chriſtia-
nis,vt perambulant in Eccleſia, in puritate : in innocen- Matth. cap. 5.
tia,in iuſtitia, & munditia, non ſolum operis ; ſed etiam
cordis ; quia lex Euangelia non ſolum iuſtificat opera :
ſed etiam corda,& affectum, vt patet. Nam tota hominis
iuſtificatio ſtat principaliter in innocentia cordis, &
affectu charitatis, & ex conſequenti in effectu ; vnde
ſequitur Sanctus Propheta eodem loco dicens, non pro-
ponebam ante oculos meos rem iniuſta : imò facientes
prauaricationes odiui, ideſt opera prauorum hominum Pſal. 33.
odiui. De innocentia verò oris addita. Tertio loco,
idem Sanctus Propheta dicit, prohibe linguam tuam à
malò, & labia tua ne loquantur dolum, & alibi, verbo Pſal. 35.
oris eius iniquitas, & dolus, & alibi ex oppoſito os iu-
ſti meditabitur ſapientiam, & lingua eius loquetur iu- Pſal. 25.
dicium, & ſic his modis innocens dicere poteſt cum
Sancto Propheta;lauabo inter innocentes manus meas, Pſal. 24.
& ſic verificatur illud eiuſdem Sancti Prophetæ dicen-
tis, innocentes, & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſti- Pſal. 7.
nui te. Hac confiſus innocentia idem Sanctus Prophe-
ta dicebat, iudica me Domine ſecundum iuſtitiam
meam : & ſecundum innocentiam meam ſuper me. Id- Pſal. 102.
circo Diuus Pater Auguſtinus verſiculo primo, Benedic
dicit, innocentia tua, etiam in dormiente vox eſt ani-
mæ tuæ ante Deum. Et idem Diuus Pater Auguſtinus Pſal. 7.
verſiculo, Iudica me, &c. Anima iuſta, & innocens
non per ſe habet : ſed per illuſtrantem, & illuminan-
tem Deum, iuxta illud pſal. Tu illuminabis lucernam Pſal. 17.
meam Domine, &c. Lucerna enim ſplendet pluſquam
aurum ; ideò Diuus Pater Auguſtinus verſ. Miſericor-
diam, & veritatem, &c. Innocentia eſt præcioſior om- Pſal. 83.
ni auro,quod quidem omni ſedulitate cuſtodiri ſolet,&c. Simile
Sed multò magis innocentiam, quam aurum cuſtodire
deberent homines.Quamobrem S. Proph. rectiſsimè di- Pſal. 36.
cit,& dicendo præcipit,cuſtodi innocentiam,&c.Vbi D.

Pater

Pater Aug. dicit, tene, quomodo cum auarus eſſes, ſacellum, tenebas, ne tibi extorqueatur à fure: ſi cuſtodi innocentiam, ne extorqueatur tibi à diabolo, ſit illa tibi certum patrimonium tuum de qua ſunt diuites, & pauperes. Quid tibi prodeſt horum, & damnum innocentiæ? cuſtodi innocentiam, &c. Ibidem Iacobus noſter Valent. dicit aliter, cuſtodi innocentiam animo non nocendi, & vide, ſequere æquitatem, & iuſtitiam: quia innocentia, & iuſtitia ſunt reliquiæ debitæ homini pacifico, & ſimplici corde, vt mereamur præmium in Cælo. Suſcepit ergo, &c. Hinc S. Iob dicit recordare (obſecro te) quis vnquam innocens perijt? aut quando recti deleti ſunt? B. Iordanus noſter de Saxonia docet qualiter innocentia ſit cuſtodienda dicens, cuſtodire, per receſſum à malo, & per acceſſum ad bonum oportet innocentiam. Iob recedens à malo, &c. Per recedere à malo ecce prima conditio, per ſeruum meum Iob. Ecce acceſſus ad ſummum bonum. Cuſtodi itaq; innocentia, &c. Suſcepit Iſrael, &c. Hinc S. Proph. dicit, ingreſſus in innocentia mea, &c. Bis quo ad diuinitatem, & humanitatem, ingreſſus fuit in hunc mundum. Cuius ingreſſus cauſa certè fuit diuina miſericordia, de qua dicendum fuit. Tertio loco. Quam cauſam B. V. Maria aſsignans. Sequitur eodem verſ. Recordatus eſt miſericordiæ, &c. Quod S. Proph. innuens ait cum exarſerit in breui ira eius; Beati omnes qui confidunt in eo. Dicit miſericordiæ ſuæ, non meritorum noſtrorum. D. P. Aug. dicit de cælo ad terram non merita noſtra: ſed peccata noſtra traxerunt, & duxerunt Chriſtum, &c. Recordatus ergo, &c. D. Apoſt. dicit apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris Dei; non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos: ſed ſecundum miſericordiam ſaluos nos fecit, &c. Recordatus, &c. Reminiſcere miſerationum tuarum, &c. Et alibi, recordatus miſericordiæ ſuæ, &c. Vbi D. P. Aug. Sic dicit, vt promitteret miſertus eſt: quia promiſit, & exhibuit miſericordiam, veritas conſecuta eſt, miſericordia præmiſit promiſsionem, promiſsio reddidit veritatem Et idem S. Proph. alibi dicit, nunquid obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira miſericordias? minimè.

Simile

Pſal. 36.

Iob. c. 4.

Lib. Ser. de Sanctis Ser. 31.

Cap. 1.

Pſal. 25.

Tertium propoſitũ

Pſal. 2.

Lib. de verbis Apoſt. capit. 8.

Ad Tit. c. 3.

Pſal. 24.

Pſal. 97.

Pſal. 76.

minimè, quaſi dicere voluerit, numquid Sol, non illumina bit, & non calefaciet? minimè. Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius, &c. Recordatus, &c. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri, &c. Ratio: quia in æternum miſericordia, &c. Vbi tot, tantaq; diuina opera fundata in diuina miſericordia; in qua ſemper concludit S. Proph. quoniam in æternum miſericordia eius, &c. Et alibi Domine nomen tuum in æternum: & memoriale tuum in generatione, & generationem, &c. Sic meritò recordatus eſt miſericordiæ eius, &c. Vnuſquiſque artifex recordatur ſuam exercere artem; ita Deus ſuo modo, &c. Pſal. 18. Pſal. 135. Pſal. 134. Simile.

Vtinam igitur Deus ipſe optimus eiuſdem diuinæ miſericordiæ ſuæ ad noſtram ſaluté ſempiternam ſemper recordetur. Amen.

LECTIO DVODECIMA

VERS.

SICVT LOCVTVS EST, ET CAETERA.

In qua agitur primo de Diuinis locutionibus, de veritate earundem, & de vtilitate ipſarum.

Prou.

VVLGO dicere ſolemus. Quid peius, quam non ſtare promiſsis? Nam qui ſimulat verbis, nec corde eſt fidus amicus ſecundum quemdam poetam. Vnde Domini Iuris Conſulti rationabiliter aſcende frangenti fidem fides frangatur eidem. Quo circa ad rem optimè dixit S. Proph. diminutæ ſunt veritates à filijs hominum: vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa, in corde, & corde locuti. Ad puniendum autem huiuſmodi malum ſequitur S. Proph. dicens, diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguam magniloquam: qui dixerunt, linguam noſtram magnificabimus, & labia noſtra à nobis ſunt quis Dominus noſter eſt? quotieſcunq; quis

L. cum proponas C. d. pac. & ff de inof. teſt. eum; qui §. 1.

Pſal. 11.

quis non ſtat promiſsis, vtitur labijs doloſis incurritq; iam dicta mala. Omne enim promiſſum de Iure eſt debitum ſecundum eoſdem Iuris Conſultos, nec maior ferè iniuria alicui inferri poteſt, quam cum ſibi exprobatur promiſſio defectus, & ab oppoſito; ſicut magnus defectus eſt non ſtare promiſsis; ita magnum bonum eſt ſtare eiſdem promiſsis, ex quo multi homines probi fidem datam, & verbum obſeruantes magno ſunt honore digni. Quam ob rem Paulus noſter Fraſinellus Bononienſis in libello ſuo de Sacerdotum obligationibus dicit, promiſſio ſimplex facta homini in re graui, & acceptata obligat ſub mortali peccato ad ſui completionem ex Nauar. Manual. cap. 18. num. 6. ex Soto de Iuſtitia, & Iure lib. 6. quæſt. 2. art. 1. Aragon. noſter de Iuſtitia, & Iur. q 88. de Voto, art. 3. de oblig. ſimplicis promioſsionis, additur etiam Ludouicus noſter de Beia Palleſtrellus Luſitanus lib. ſuo reſponſionem conſcientiæ caſuum. Promiſsio homini facta obligat in conſcientia, &c. Standum eſt ergo promiſsis quibus quidem maximè ſtat ipſe Deus teſte S. Proph. dicente, fidelis Deus in verbis ſuis, &c. Vbi D. P. Aug. quid dicit enim promiſit, & nõ dedit Deus? fidelis Dominus Deus in verbis ſuis. Adhuc quædam promiſit, & non dedit; ſed creditur illi ex his quæ dedit, poſſumus illi credere tantummodo dicenti? noluit ſibi credi dicenti: ſed voluit teneri Scripturam Sanctam ſuam, quomodo ſi diceres alicui homini cum aliquid promitteres, nõ mihi credis? ecce ego ſcribo tibi. Etenim: quia generatio vadit, & generatio venit, & ſic tranſcurrunt iſta ſæcula ſedentibus, & ſuccedentibus mortalibus, Scriptura Dei manere debuit, & quoddam Chirographum Dei, quod omnes tranſeuntes legerent, & viam promiſſionis eius tenerent, &c. Quamobrem idem D. P. Aug. verſ. miſericordiam, & veritatem, &c. Exponens illud D. Apoſt. verbo in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam, &c. Dicit indulgentiam donauit, coronam reddidit, donator eſt indulgentiæ debitor eſt coronæ, &c. Et parum infra eodem loco dicit debitorem ſe fecit Dominus non accipiendo: ſed promittendo, & alibi idem D. P. Aug. in

C. de ſuf. frag. l. vnica.

Fũdamento octauo.

Vltima congregatione habita anno 1581. ad tertiũ caſum.

Pſal. 144.

Simile.

Pſal. 83. 1. Ad Tit. cap. 6.

